C H. *Vadit ad iecur(noui)generoſus dolor.*
T E C. *Hei mihi.*
Perſuadeo) nihil te prohibeo &c. C H. *Nihil te non perſuadeo, & bis lugere mulier, Tali priuatam nuper amico.*
T E C. *Tibi quidem opinari hæc licet,mihi autē ual- (de ſapere.*
C H. *Confiteor.*
T E C. *Hei fili,ad qualia ſeruitutis iuga*
Proficiſcimur.quales nobis inſtant cuſtodes.
C H. *Hei mihi non dolentium*
Geminorum dixiſti
Ineffabile opus Atridarum hac calamitate.
Sed prohibeat Deus.
Non &c.)nō hęc ſine numine diuū eueniunt.ſic cecidere. T E C. *Non ſanè hæc ſunt ſic,non dijs cum.*
C H. *Valde certe prægrauem dolorem confecere.*
T E C. *Tale quidem Iouis grauis dea*
Pallas plantat damnum,Vlyßis gratia.
C H. *An doloſo*
Animo conuitiatur
Multa paſſus uir,
Inſanientibus) q̄ per inſaniam accidere. *Ridet autem inſanientibus doloribus,*
Multum riſum?heu,heu.
Duplices)ambo, gemini. *Simulq; duplices reges,*
Audientes Atridæ?
T E C. *Hi igitur rideant, & inſuper gaudeant malis*
Inſpicientem)uiuum. *Huius. forſitan hi & ſi inſpicientē non deſyderabant,*
Mortuum eluxerint in neceßitate haſtæ.
» *Nam mali mentibus,bonum manibus*
» *Habentes,non ſciunt,priuſq̄ quis eiecerit.*
Mihi amarus mortuus eſt,q̄ illis dulcis,
Sibiipſi autē delectabilis.quæ enim optauit conſequi,
Acquiſiuit ſibi mortem,quam quidem uolebat.

CH. *Quomodo sanè hunc irridere poterunt contra?*
Dijs mortuus est hic, non illis, non.
Ad hæc Vlysses in uacuis contumelia afficiat. Vacuis) in mortuos sæuiat.
Aiax enim ipsis non amplius est, sed mihi
Relinquens molestias & luctus abit.
TEV. *Hei mihi.*
CH. *Taceto. uocem enim uideor Teucri audire,*
Clamantis damni huius significatiuum carmen.
TEV. *O charißime Aiax ò cõsanguinee ocule mihi,*
Num lucratus es, quemadmodum fama superat? Fama &c.) oēs affirmant.
CH. *Perijt uir Teucer, hoc scito.*
TEV. *Hei mihi grauem sanè meam calamitatem.*
CH. *Sic se his habentibus.*
TEV. *O infelix ego, infelix.*
CH. *Adest lugere.*
TEV. *O grauis paßio.*
CH. *Valde certe Teucer.*
TEV. *Heu miser. quidnam filius*
Huius ubi mihi terræ extat Troianæ?
CH. *Solus apud tentoria.*
TEV. *Non quàm celerrime*
Sanè duces ipsum huc, nequis ut priuatæ
Catulum leænæ inimicorum rapiat.
Abi, conare, collabora. mortuis amant »
Omnes iacentibus illudere. »
CH. *Sanè adhuc uiuens Teucer, hunc tibi curæ esse*
Iußit ille uir, quemadmodum certe curæ est.
TEV. *O omnium sanè spectaculorum mihi*
Miserrimum, quæ uidi oculis ego:
Viaq; uiarum omnium conficiens Conficiens) quæ me maximo dolore confecisti.
Maxime mea uiscera, quam nunc iui.

O charißime Aiax, tuam ut persenseram
Mortem persequens, & per uestigia inquirens.

Dei alicuius) al'. veluti a Deo aliquo.

Acuta enim tui fama, ut Dei alicuius,
Peruenit Achiuos ad omnes, quòd peris mortuus.
Quæ ego audiens infelix, ex pedibus quidem existens,
Suspirabam: nunc autem uidens pereo.
Hei mihi.
Abi, reuelato: ut uideam omne malum.

Ocule) al'r, o horrendum visu spectaculum.

O infelicißime ocule, & audaciæ amaræ,
Quot molestias mihi seminans, peris.
Quonam enim ire mihi poßibile, ad quos mortales,
Tuis auxiliatum in laboribus nullibi?
An Telamon tuus pater, meusq; simul
Acciperet beneuolus, propitiusq; fortasse

Nõ cui &c.) cui ne feliciter quidẽ agẽti iucũdus est risus, nedum tanto ob filij cædem in mœrore constituto.

Hasta). i. bello captiua natum fœmina dicet.

Potentias) opes regnum.

Venientem sine te? quomodo enim? non cui adest
Neq; feliciter agenti quicq̃, iucundius ridere.
Hic quid occultabit? quale non dicet malum?
Ex hasta natum hostili nothum,
Timiditate prodentem, & imbecillitate
Te charißime Aiax, uel dolis, ut tuas
Potentias mortui, & domos poßiderem tuas.
Talia uir iracundus in senecta grauis
Dicet pro nihilo, in contentionem concitatus.
Ad extremum autem exterminatus à terra proijciar
Seruus sermonibus pro libero apparens.
Talia quidem per domum. In Troia autem mihi
Multi quidem inimici, pauciq; utiles.
Et hæc omnia te mortuo inueni.
Hei mihi quid faciam? quomodo à te auellam amaram
Hanc uariam cuspidem? ò miser, à quo

Tempore) aliq̃n.

Homicida expirasti. uidisti, quòd tempore

Debebat te Hector & mortuus corrumpere.
Consyderate per deos calamitatem duorũ mortaliũ.
Hector quidem, quo hoc donatus fuit ab,
Cingulo deuinctus, equestribus ex curribus
Pendebat semper, quoad perdidit uitam. Pendebat) raptatus est.
Hic autem illius hoc donum habens
Ab hoc periit lætali lapsu.
An non Erinnys hunc fabricauit gladium,
Et illud inferni opifex agrestis?
Ego quidem & hæc, & omnia semper
Dixerim hominibus machinari deos.
Cui uero non hæc sunt in mente amica, Cui vero) q vero nõ ita sentit &c.
Illeq; illa amet, & ego hæc.
C H. *Ne intẽde lõgã: sed quẽadmodũ cõdas sepulcro*
Consydera, hominem, & quid loqueris cito. Loqueris) quid aduenienti Menelao respõdeas.
Video enim inimicum hominem. & forte malis
Ridens, ad quæ sceleratus perueniret uir. Perueniret) ad ea deueniet cõuitia supple.
T E V. *Quisnã est? quẽ hominẽ prospicis exercitus?*
C H O. *Menelaus: cui hanc nauigationẽ parauimus.* Nauigationẽ etc.) cuius causa huc adnauigauimus.
T E V. *Video, discere enim ꝓpe existẽs, nõ difficilis.* Discere) cognitu.
M E. *Tu (te uoco) hunc mortuum manibus* Tu) heus tu.
Ne aufer, sed sine, quomodo habet.
T E V. *Cuius gratia tantum expendisti sermonem?*
M E. *Visa mihi, uisa autem, qui imperat exercitui.* Visa) statuta, decreta: quæ ita mihi videntur.
T E V. *Non igitur dixeris, quãnam culpã apponens?*
M E. *Proptereaquòd ipsum sperantes à domo*
Ducere Achiuis sociumq; & amicum,
Inuenimus quærentes inimiciorem Phrygibus.
Qui exercitui uniuerso consultans cædem Consultans) machinatus.
Nocte contra militauit, ut interficeret hasta. Cõtra militauit) aggressus est.
Et si non deorum aliquis has insidias extinxisset:

Nos certe hac,quam ille sortitus est fortunam;
Mortui iacuissemus,turpißima morte:
Immutauit) conuertit. *Hic uero uixisset.nunc autem immutauit Deus*
Huius contumeliam,contra oues & greges cadere.
Quorum causa ipsum nullus est uir potens
Tale.) vel adeo, tam. *Tale,ut corpus tumulet sepulcro:*
Sed circa uiridem arenam eiectus,
Auibus pabulum marinis fiet.
Ad hæc nullam grauem attollas iram.
Videnti) viuenti. *Si enim uidenti non potuimus dominari:*
Prorsus mortuo,imperabimus: etiam si non uolueris,
Manibus auertentes.non enim est ubi
Sermones audire uiuens unq̃ uoluerit meos.
Malo &c.) alr. mali est hominis *Atqui malo ab homine,hominem popularem*
Iustum &c.) nolle,negligere. *Nihil iustum iudicare præsidentes audire:*
Non enim unquã neq; in ciuitate leges recte
» *Ferri possent,ubi non constiterit timor:*
» *Neq; exercitus certe sapiẽter gubernaretur amplius,*
» *Nullum timoris propugnaculum, neq̃; pudoris habẽs.*
» *Sed hominẽ oportet, etsi corpore natus fuerit magno,*
» *Putare cadere posse,& à paruo malo.*
» *Timor nanq; cui adest,pudorq; simul,*
» *Salutem habentem hunc scito.*
» *Quãdo ãt cõtumelijs afficere,facereq;,quæ uult licet:*
» *Hanc existima urbem tempore tandem*
» *Ex secundis uentis currentẽ in profundum lapsuram.*
Sed sit mihi & timor aliquis opportunus,
Quibus) alr,si. *Et ne putemus facientes,quibus lætemur:*
Quibus) aliter, si angamur. *Non reposituros rursus,quibus angamur.*
Serpunt) hæc se mutuo cõsequũtur: oĩum rerum est vicißitudo. *Serpunt uicißim hæc.ante hic erat (bio.*
Splẽdẽs cõtumeliator,nũc uero ego ualde rursus sup=

Et tibi prædico, hunc ne sepelias, ut
Ne hunc sepeliens, ipse in sepulcra cadas.
CH. *Menelae ne mentes supponens sapientes*
Deinde ipse in mortuis contumeliator fias.
TEV. *Nunq̃ homines, hominẽ admirarer amplius,*
Qui nihil existens generationibus, deinde peccat:
Quando qui putantur generosi nati esse,
Talia peccant in sermonibus uerba.
Age dic à principio rursus. quomodo tu dicis ducere Q. ũo) aliter, an
Hominem Achiuis huc socium accipiens? Accipiens) acceptum
Non ipse enauigauit, ut sibi imperans? Sibi imperans) sui iuris
Vbi tu imperas huic? ubi nam tibi multitudinibus
Licet imperare, quibus hic dux erat à domo?
Spartæ imperans uenisti, non nobis dominans.
Neq; est ubi tibi hunc ornare plus Ornare) regere, imperare.
Imperij proposita erat lex, quam & huic, te.
Subditus aliorum huc nauigasti, non omnium
Dux: ut Aiaci dux fueris unq̃.
Sed quibus quidem imperas, impera & grauia uerba Grauia) propter supple.
Puni illos: hunc autem, siue non tu dicis,
Siue alter imperator: in sepulcra ego
Ponam merito, non tuum ueritus os.
Non enim quid tuæ causa militauit
Mulieris, quemadmodum labore multo pleni: Labore &c.) mercenarij, mercede conducti.
Sed causa iuramentorum, quibus erat obstrictus,
Tui uero nihil: non enim uolebat ullos. Volebat) dignabatur
Ad hæc, plures huc caduceatores accipiens Accipiens) acceptis caduceatoribus
Et ducem uenit. tui uero strepitus
Non conuerterer, ut sis qualis quidem es. Strepitus) tuis obstreperis minis nihil mouear.
ME. *Neq; rursus talẽ linguam in malis amo,*
TEV. *Dura nãq;, etiã si ualde iusta fuerint mordẽt.*

M E. *Sagittarius uidetur non parua superbire.*
T E V. *Non enim mechanicam artem possedi.*

Iactares) gloriarere profecto plurimum.

M E. *Magnum aliquid iactares, scutum si acciperes.*
T E V. *Etiam nudus, sufficerem tibi certe armato.*

Nudus) inermis.

M E. *Lingua tua iram q̃ grauem nutrit.*

Superbire) audacter respondere.

T E V. *Cum iusto enim ualde licet superbire.*

Iusta) aequum est ne: &c.

M E. *Iusta ne, hunc feliciter agere, interficientẽ me?*

Interficientẽ) interficere qui uoluerit.

T E. *Interficiẽtẽ? graue certe dixisti, si et uiues mortuus.*
M E. *Deus enim saluat me, hoc autem pereo.*

Hoc) al'r, huic. i. quo ad quidẽ huius uoluntatem.

T E V. *Ne nunc inhonora deos dijs saluatus.*
M E. *Ego ne uituperarem deorum leges?*
T E V. *Si mortuos non sinis sepelire praesens.*

Hostes) supple, sepelire non sino.

M E. *Certe ipse mei ipsius hostes: non enim honestũ.*
T E V. *An tibi Aiax hostis fuit unquam?*
M E. *Odio habentem oderat, & tu hoc sciebas.*
T E V. *Fur enim ipsius suffragiũ ferẽs inuẽtus fuisti.*
M E. *In iudicibus, & non me hoc aberratum est.*
T E V. *Multa male clãculũ tu occulte egisses mala.*
M E. *Hoc ad molestiam uerbum procedit alicui.*

Non magis &c.) nõ plus (opinor) mali patiemur, q̃ inferimus.

T E V. *Non magis, ut uidetur, q̃ cruciabimus.*
M E. *Unum tibi dicam, hic est non sepeliendus.*
T E V. *Tu uero contra audies hunc, quòd sepelietur.*
M E. *Iam olim uidi hominem ego lingua audacem,*
Nautas impellentem hyeme nauigare:

Locutionẽ) uocem, uerba.

Cui locutionem non inuenisses; quando in malo
Tempestatis detinebatur, sed sub ueste occultatus

Conculcare) pessundandum praebebat.

Conculcare praebuisset uolenti nautae.
Sic autem & te & tuum procax os,
Paruae nebulae cito aliqua spirans magna
Procella extingueret multam uocem.
T E V. *Ego uero hominem uidi fatuitatis plenum*

Qui in malis contumelia afficiebat propinquos.
Deinde ipsum intuitus quidam similis mei,
Iraq; similis, dixit talem sermonem.
O homo, ne fac mortuis male.
Si enim facies, scias nocuisse.
Talia fatuum hominem admonebat præsens.
Video itaq; ipsum, & est (ut mihi uidetur)
Nullus unq̃ alius, quam tu. num recte aßimilaui?
ME. *Abeo, etenim turpe, si audiret quis,*
Verbis punire, cui uim inferre licet.
TEV. *Vade nunc, & mihi enim turpißimũ, audire*
Hominem uanum improba uerba loquentem.
CH. *Erit magnæ litis quoddam certamen.*
Sed quantum potes Teucer celerans,
Festinato curuam fossam aliquam uidere
Huic: ubi mortalibus semper memorabile
Sepulcrum marcidum detinebit.
TEV. *Atqui in ipsum tempus hi prope*
Adsunt hominis huius filiusq;, & mulier,
Sepulcrum ornantes infortunati mortui.
O fili accede huc, & stans prope
Supplicator. tange patrem, qui te genuit.
Sede autem conuersus, in manibus habens
Comas meas, & huius, & tui ipsius tertij,
Supplicatorium thesaurum. si uero quis exercitus,
Vi te abstrahat ab hoc mortuo:
Malus male insepultus cadat è terra,
Generis omnis radice priuatus
Sic, quemadmodum hunc ego incido capillum.
Tene ipsum ò fili, & serua: neq; te
Moueat quis, sed accidens, tene.

Scias &c.) scias, & te læsum iri.

Assimilaui) a'r obscure locutus sum?

Vosq; ne mulieres pro uiris prope
Astate,sed auxiliamini,quoad ego ueniam
Solicitus) curato,& facto huic sepulcro.
Sepulcri solicitus huic,& si nullus sinit.
C H. Quis sanè ultimus demum finiet
Multum errantium annorum numerus,
Incessabilem semper mihi
Pugnantium laborum
Infelicitatem inducens,
Tenebrosam (aliter,squallidam.
Per tenebrosam Troiam
Infelix opprobrium græcorum?
Debebat prius æthera subire
Magnum,uel multis communem infernum
Ille uir,qui tristium
Ostendit armorum Græcis communem martem.
(Heu labores progenitores laborum.)
Depopulatus (aliter perdidit
Ille enim depopulatus est homines.
Ille neq; coronarum,
Neq; profundam calicum
Tribuit mihi oblectationem conuersari.
Neq; dulcem tibiarum sonitum:
Infelix,neq; nocturnam
Delectationem pernoctare,
Amoribus autem priuauit.hei mihi.
Iaceo autem sine cura sic,
Semper densis roribus
Madefaciens comas tristes,
Monumenta Troiæ.
Et prius quidem nocturni
Timoris erat mihi septum,
Et telorum strenuus aiax.

Remiſſus eſt) iacet

Nunc autem hic remiſſus eſt triſti
Dæmone. quæ mihi, quæ adhuc igitur
Delectatio aderit?
Sim,
Vbi latrans eſt maris
Propugnaculum mare dilutum ſummam
Sub regionem, Sunij,
Sacras ut allo-
Queremur Athenas.
TEV. *Atqui intuitus feſtinaui imperatorem*
Agamemnonem nobis huc hunc cum impetu uenientẽ.
Manifeſtus autem mihi eſt ſiniſtrum ſoluturus os.
AG. *Te grauia uerba nuntiant mihi*
Tolerare contra nos ſic ſine luctu dicere?
Te ſane ex captiua dico.
Profecto nutritus matre generoſa à,
Superba locutus fuiſſes, & à ſummis profectus eſſes:
Quando nihil exiſtens nihilo contra ſtetiſti:
Et neq; imperatores, neq; nauium præfectos ueniſſe
Nos Achiuorum, neq; tui iuratus es:
Sed ipſe imperans, ut tu inquis, Aiax nauigauit.
Hæc non audire magna à ſeruis mala?
Cuius clamaſti hominis ſic ſuperba?
Quo euntis, uel ubi ſtantis: cuius quidem non ego?
Non ſanè Achiuis homines ſunt præter hunc?
Amara uidemur Achillæorum armorum
Certamina Argiuis edixiſſe tunc:
Si ubiq; appareamus ex Teucro mali,
Et non ſufficiet nunq̃ uobis, neq; uictis
Cedere: quæ multis placuere iudicibus;
Sed ſemper nos uel malis iacietis,

Nutritus) natus
A ſummis) ſummis digitis inccderes .i. ſuperbe
Nihilo, nulla de re. i. pro Aiace q nihil iam eſt.

Cuius) de quo homine.
Cuius) ſim princeps. ſ.

Vel cum dolo ſtimulabitis uicti?
„ Ex his certe moribus nunq̃
Rei) aſr, legis. Status fieret ullius rei,
„ Si merito uincentes expellemus,
Poſteriores) uictos. Et poſtriores, in ante ducemus.
„ Sed prohibenda hæc ſunt. non enim lati,
„ Neq; lata dorſa habentes uiri ſecuriſsimi,
„ Sed ſapientes bene, ſuperant ubiq;.
„ Magnus uero latere bos, à paruo tamen
„ Flagello rectus in uiam proficiſcitur.
Tibi accedēs) te manere, tibi impendere. Et tibi accedens hoc ego remedium
Video cito: ſi non mentem poſſederis aliquam.
Qui homini non amplius exiſtenti, ſed iam umbræ
Confidens, contumelia afficis, & libere loqueris.
Non ſapiens eris? non diſcens, qui es natura,
Hominem) liberum. ſ. Alium quempiam duces hominem,
Qui ad nos pro te dicet tua?
Te enim dicente, non amplius diſcerem ego:
„ Barbaram enim uocem non audio.
CH. Vtinam uobis utriſq; mens fiat ſapere.
Hoc enim nihil uobis habeo melius dicere.
TEV. Heu, mortui quam celeris mortalibus
„ Gratia diffluit, & prodita deprehenditur.
Si tui certe hic uir neq; in paruis ſermonibus:
Cuius) pro quo. Aiax, amplius tenet memoriam: cuius tu ſæpe
Tuam protendens ante laboraſti animam haſta.
Sed abeunt omnia hæc proiecta.
O multa locute nuper & inconſyderata uerba,
Non meminiſti non amplius quicq̃, quando
Septa olim uos hic intra clauſos
Verſione &c.) pugna. Iam nihil exiſtentes in uerſione haſtæ,

Liberauit

Liberauit ueniens solus? circa quidem nauium
Summa iam nautica tabulata
Igne ardente, & in nauticas naues
Insiliente sursum Hectore fossas super.
Quis hæc prohibuit, non hic erat faciens hæc,
Quem nullibi dicis neq; congressum esse pede?
Num uobis hic hæc fecit iusta?
Et quando rursus ipse Hectorem solus solum
Sortitusq;, & iniussus uenit contrarius?
Non fugitiuam sortem in medium deponens
Liquidæ terræ glebam, sed qui bene cristatæ
Galeæ erat primus saltum leuem facturus.
Ille erat faciens hæc, simul autem ego presens
Seruus, ille ex barbara matre natus.
Infelix, quò aspiciens hæc & dicis?
Non nosti, tui patris quidem qui ante extitit pater:
Antiquum existentem Pelopem barbarum phrygem?
Atreum autem, qui rursus te seuit impijßimum,
Proponentem fratri cœnam propriorum filiorum?
Ipse autem matre natus es Cressa, propter quam
Accipiens introductum hominem, generans pater,
Dimisit mutis piscibus corruptionem?
Talis existens tali exprobras satum?
Qui ex patre quidem sum Telamone natus:
Qui exercitus prima præmia uictoriæ capiens, meam
Habuit coniugem matrem, quæ natura quidem erat
Regina, Laomedontis. selectam uero illam
Donum illi dedit Alcmenes filius.
Num sic optimus ex optimis duobus
Natus, uerecundabor consanguineos:

Deponens) deposito calculo.

Quo) in quã nobilitatem,

Proponente) qui appofuit, uel apposuisse.
Matre) Aërope. f.
Introductum) cũ deprehendisset adulterum.
Talis) tali e stupro cõceptus mihi optimis orto parentibus genus obiicis?

Regina) regis filia.

Verecundabor) dedecorarem parentes meos.

Quos nunc tu talibus in laboribus iacentes
Impellis insepultos, neq; uerecundaris dicens?
Iacietis) scruietis i hoc Aiacis cadauer; Bene nunc hoc scias. hunc si iacietis aliquò:
Iacietis & nos tres simul adiacentes.
Quandò pulcrum mihi hoc pro laboranti
Mori manifestè magis; q̃ tua pro
Vxore, uel tuoq; fratre, dico.
Ad hæc, uide non meum, sed etiam tuum:
Quia si me lædes quicq̃, uoles tandem
Et timidus esse magis, quàm mihi audax.
CH. Rex Vlysses in tempore scias uenisse
Cõiũcturus) compositurus Si non coniuncturus, saltem soluturus ades.
VL. Quidnam est homines? eminus enim sensi
Vocem Atridarum, hunc propter fortem mortuum.
AG. An non audientes sumus turpissimos sermones
Rex Vlysses, hoc ab homine nuper?
VL. Quales? ego enim homini ueniam habeo
Conijcere) retaliari verbis. Audienti improba, conijcere uerba mala.
TEV. Audiuit turpia, faciens enim erat talia mihi.
VL. Quid nam tibi fecit, ut & damnum habeas?
AG. Non, dicit permissurum hunc mortuum sepulcri
Expertem, sed contra uim sepulturum meam.
VL. Licet igitur dicenti uera amico
Concurrere) concordare, assentiri. Tibi nihil minus, quàm ante concurrere?
AG. Dic sanè enim essem non bene sapiens. quoniam
Amicum te ego maximum Argiuorum puto.
VL. Audi nunc, hominem hunc per deos
Vis) ira, odium. Nequaq̃) vllo pacto. Ne toleres insepultum sic sine luctu proijcere.
Neq; uis te nequaq̃ uincat,
In tantum odisse, ut iustitiam conculces.

Et mihi enim erat olim hic inimicißimus exercitus,
Ex quo potitus sum Achilleis armis:
Sed illum tamen existentem ego talem mihi
Non inhonorarem: ut non dicam
Vnum hominem uidisse optimum Argiuorũ, quotquot
Ad Troiam uenimus, præter Achillem.
Quare non merito certe inhonoraretur tibi.
Non enim quid hunc, sed deorum leges
Corrumperes. hominem autem nõ iustum, si moriatur,
Ledere bonum: neq; si odio habens existas.

Vt non &c.) Vt dicã ex Græcis p̃ter Achillem hoc fortiorẽ fuisse neminem.

Iustũ) non æquum est.

A G. *Tu hæc Vlysse, hoc pro contendis mecum?*
V L. *Ego certe. oderam autem, qñ erat odisse pulcrũ.*
A G. *Non ne mortuo etiam insilire te oportet?*
V L. *Ne gaude Atrida lucris non honestis.*
A G. *Tyrannum colere pia non facile?*
V L. *Sed bene dicentibus amicis honores tribuere.*
A G. *Audire bonũ hoĩem oportet eos, q̃ in magistratu.*
V L. *Desine. imperas certe amicis, uictus.*
A G. *Memento quali uiro gratiam das.*
V L. *Hic inimicus uir, sed generosus olim erat.*
A G. *Quid tãdẽ facies? inimicũ sic revereris mortuũ?*
V L. *Vincit enim uirtus me inimicitia maior.*
A G. *Tales sane uiri leues mortalibus.*
V L. *Sane ualde multi nunc amici, & rursus amari.*
A G. *Tales laudas uero tu poßidere amicos?*
V L. *Durum laudare non amo animum ego.*
A G. *Nos tu timidos hac die ostendes.*
V L. *Homines quidem certe græcis omnibus iustos.*
A G. *Consulis igitur me mortuum sepelire sinere?*
V L. *Ego certe. etenim ipse huc ueniam.*

Insilire) insultare.

Maior) magis q̃ ipsa, quę inter nos intercessit simultas.

Leues mort.) a'r pauidi mortaliũ.

Amo) soleo.

Hoĩes &c.) ostendam. f.

Veniã) vt moriar & ipse: vel veniã ego quoq; ad sepeliendum eum.

AG. Certe omnia similia quilibet uir sibi laborat.
VL. Cui nam me magis decens, q̃ mihi ipsi laborare?
AG. Tuum sanè opus, non meum, uocabitur.
VL. Vtcunq; facies, ubiq; bonus eris.
AGA. Sed bene certe hoc scias, quòd ego
Tibi quidem tribuerem hac etiam maiorem gratiam.
Hic autem & illic, & hic existens, mihi quidem tamen
Inimicißimus erit: tibi autẽ facere licet, quæ oportet.
CH. Quicunq; te Vlysse non dicit mẽte sapientem
Natum esse, talem existentem, fatuus est uir.
Deinceps) postea. VLY. Et nunc certe Teucro deinceps nuntio,
Quantum tunc inimicus eram, tantum esse amicum:
Et mortuum hunc consepelire uolo,
Deficere) omittere. Et collaborare, & nihil deficere, quantum
Oportet optimis uiris laborare mortales.
TEV. Optime Vlysses omnia possum te laudare
Verbis: & me frustratus es spe multum.
Huic enim existens inimicißimus Argiuorum uir,
Solus affuisti manibus, neq; tolerasti præsens,
Mortuo huic, uiuens conuitiari magnum:
Vt imperator attonitus ueniens,
Consanguineus) eius frater. Ipseq;, & consanguineus uoluerunt,
Conuitijs affectum ipsum eijcere sepulcro sine.
Legatus) priceps Namq; illos olympi huius legatus pater
Ministra) aliter perfecta. Memorq; Erinnijs, & ministra iustitia,
Malos male corrumpant, quemadmodum uoluere
Hominem conuitijs eijcere indigne.
Te autem ò senis semen Laertis patris
Tumulum quidem timeo. huius contingere sinere,
Ne mortuo hoc molestum faciam.

Alia autem, & simul fac, & si quem exercitus
Vis ferre: nullum dolorem habebimus.
Ego autem alid omnia præbebo: tu uero
Vir erga nos bonus existens, scias.
V LY. *At uolebam quidē: si autem non est tibi gratū*
Facere hæc nos, abeo laudans tuum.
T E V. *Satis. iam enim multum extensum est*
Tempus: sed alij quidem curuam fossam
Manibus festinate. alij autem altum
Tripodem, utrinq; ignem accipientem purgationum legitimarum
Ponite opportunum: una autem ex tentorio
Hominum congregatio armatum
Ornatum ferat.
Fili, tu autem patrem certe quantum potes,
Amicitia tangens, latera mecum
Hæc alleua. Adhuc enim calida
Foramina sursum spirant nigram
Potentiam. sed age omnis amicus quicunq; uir
Dicit adesse: moueatur, uadat
Huic homini laborans omnia bono,
Et nullidum præstantiori mortalium
Aiace: quando erat, tunc dico.
C H O. *Sane multa mortalibus est uidentibus*
Cognoscere, prius uidere autem nullus uates
Futurorum, quidnam faciet.

Laudans &c.) laudata uoluntate tua.

Foramina) Fistulæ.

Multa &c.) Multa quidem licet mortalibus cognoscere ex rerū ipsarum euentibus: prædicere autem de futuris, difficile plane est.

FINIS AIACIS FLAGELLIFERI.

SOPHOCLIS ELECTRA.

ARGVMENTVM ELECTRAE.

SVbiacet hic educator ostendens Oresti, q̃ in Argo. parvum enim illum existentem furata Electra, q̃n pater occidebatur, dedit educatori, uerita ne & ipsum interficerent. ille uero clam asportauit ipsum in Phocida ad Strophium. nunc uero post uiginti annos reuersus cum ipso ad Argos, ostendit ipsi, quæ in Argo. SCENA quidem fabulæ supponitur in Argo: Chorus autem constitit ex incolis uirginibus. Incipit autem Pædagogus Orestis.

TRAGOEDIAE PERSONAE.

Pædagogus.	*Chrysothemis.*
Orestes.	*Clytæmnestra.*
Electra.	*Aegisthus.*

Chorus ex incolis uirginibus.

IN ELECTRAM.

ABsurdum dicere, quòd quomodo illa secundum partem Ithaces Minerua ostẽdit Vlyßi, ita oportebat & Pædagogũ Oresti ostendere. huic nanq; ignoranti ostendit Pædagogus, illi uero nõ credẽti Minerua. Omnia autem nobis artificiose in breui demonstrauit Poeta, locũ scenæ, modũ, quemadmodum accepit ipsum à sorore, & ad Strophium asportauit. tempus in quo aduenit ĩ Mycenas, familiarem, quòd Pylades. inquit enim subdescendens. Pylade, quid oportet facere, in breui consulendum est.

SOPHOCLIS ELECTRA.

PAEDAGOGVS.

O Ducentis exercitum in Troia quondam
Agamēnonis fili, nūc illa licet tibi
Præsenti inspicere, quorum appetens fuisti semper.
Antiquū.n, Argos, qd' desyderabas
Furore agitatæ nemus Inachi filiæ. (hoc,
Hoc autem Oreste lupuminterficientis dei
Forum Lyceum, ex sinistra autem hoc,
Iunonis inclytum templum. quò autem peruenimus,
Dic Mycenas multoauroabundantes uidere,
Multascædespatientemq; domum Pelopidarū hanc,
Vnde te patris ex cædibus ego olim
A tua consanguinea & sorore accipiens
Tuli, & seruaui, & educaui
Tantum ad pubertatis, patri ultorem cædis.
Nunc igitur Oreste, & tu charißime hospitum
Pylade, quid oporteat facere, in celeritate cōsulēdum.
Quia nobis iam splendidus solis splendor
Matutinas mouet uoces auium manifestas,
Nigraq; astrorum reliquit nox.
Anteq̄ igitur aliquis uirorum exeat tecto,
Conuenite sermonibus: quia hic sumus,
Vbi non amplius pigrescere tempus, sed operum summa occasio. Pigrescere) nō ē segnitiæ locus.
ORE. O charißime uirorū ministrorū, q̄mihi clara
Signa ostendis, bonus in nos natus.

„ Quemadmodũ enim equus generosus, etiã si sit senex,
„ In periculis animum non perdidit,
Sed arrecta aure stat ; similiter & tu
Nosq; concitas, & ipse in primis sequeris :
Tibi enim quæ quidem uisa, declarabo: tu autem
Acutam aurem meis sermonibus dans,
Si non quid temporis assequor, corrigito.
Ego enim quando ueni Pythium
Vaticinium, ut discerem, quomodo patris
Pœnas sumerem occidentibus ab ;
Respõdit oraculo mihi talia Phœbus, quæ audies cito:
Imparatum ipsum scutorũq; & exercitus,
Dolis occultare manus iustas cædes.
Quando igitur tale oraculum exaudiuimus:
Tu quidem profectus, quando te tempus introduxerit
Domos intra has, scias omne factum,
Vt sciens, nobis annunties manifesta.
Non enim te senectuteq;, & longo tempore
Cognoscent, neq; suspicabuntur sic defloratum.
Sermone autem utere tali: quòd hospes quidem es
Phocensis ab homine Phanoteo ueniens ; ille enim
Maximus ipsis existit hospitum.
Nuntia autem iuramento adiungens, quòd
Mortuus est Orestes ex necessaria fortuna,
Certaminibus pythijs ex rotatis
Curribus deuolutus. hic sermo esto.
Nos autem patris sepulcrum, ut iußit,
Sacrificijs primum, & à capite truncatis capillis
Coronantes deinde retro ueniemus rursum,
Vasculum æreum eleuantes manibus,

Arrecta &c.) Aurem arrigit

Tibi &c.) aliter quare

Imparatum &c.) sine vllis armis.

Defloratum) Floridum, vel canũ.

Necessaria &c.) violenter.

Hic) Aſr, ſic.

Coronantes) aliter coronato sepulchro.

Quod & tu fruticibus nosti alicubi occultatum:
Vt sermone decipientes, iucundam famam
Feramus ipsis: meum quòd perit corpus
Ardens iam & combustum.
Quid enim me offendit hoc, quando sermone mortuus, Operibus) re ipsa
Operibus saluus ero, & tulero gloriam?
Puto quidem nullum uerbum cum lucro, malum:
Iam enim uidi persæpe etiam sapientes Sermone) fama.
Sermone frustra mortuos: deinde cum domos
Venerint, rursus honorati fuere plus.
Sic & me glorior hac fama ab
Visum inimicis astrum tanq̃ fulsurum etiam.
Sed ô patria terra, dijq; incolæ,
Accipite me feliciter agentem his uijs.
Tuq; o patria domus, tui nam uenio
Iure purgator à dijs concitatus,
Et ne me inhonoratum hac remittatis à terra,
Sed principem diuitiarum, & gubernatorem domorũ.
Dixi quidem nunc hæc. tibi autem iam senex,
Tuum curæ sit profectò custodire debitum.
Nos uero exibimus: tempus enim quod quidẽ uiris
Maximus operis cuiusq; est præfectus.
ELE. Hei mihi infelix.
PAED. Atqui ianuas uisus sum ancillarũ quandam
Suspirantem intra sensisse fili.
ORE. Num est infelix Electra? uis
Maneamus hic, & exaudiamus luctus?
PAED. Minime. nihil ante q̃ illa Apollinis Illa) mandata, oracula,
Conemur facere, & ab his incipere,
Patris fundentes purgationes: hæc enim ferunt

Victoriamq; in nobis, & potentiam factorum.

ELE. *O lux pura, & terræ*
Aequalem partem habens aër, quam mihi
Multas quidem lamentationum odas,
Multasq; contrarias sensisti
Pectorum percußiones cruentatorum,
Aduenerit) aTr de fecit, uel abijt. — *Quando tenebrosa nox aduenerit:*
Quæ autem pernoctationum, iam inuisi
Conscij sunt lecti laboriosarum domorum,
Quæcunq;) aliter, quantum. — *Quæcunq; infelicem meum lamentor*
Patrem, quem per quidem barbaram terram
Cruentus Mars non interfecit:
Cõcubinus) adulter. — *Mater autem mea, & concubinus*
Aegisthus, quemadmodum quercum lignacædentes,
Discindunt caput letali securi.
Et nulla horum miseratio ab alia,
Mei) a me. — *Quàm mei fertur, te pater sic*
Iniuste miserabiliterq; mortuo.
Sed non quidem finiam lamentationes,
Molestosq; luctus, quoad
Video lucidos astrorum
Iactus, uideoq; diem:
Non) aTr, quin. — *Non, ut filiorum perditrix tanq̃ luscinia,*
Inploratu has patrias
Proclamare) pclamen, edam. — *Ante fores sonum omnibus proclamare.*
O domus Plutonis, & Proserpinæ,
O terrestris Mercuri, & uenerabilis execratio;
Venerandæq; deorum filiæ Erinnyes,
Quæ iniuste morientes uidetis,
Lectos suffurantes:

Venite, ulciſcimini, punite patris
Cædem noſtri,
Et mihi meum mittite fratrem:
Sola enim ducere non amplius poßum
Moleſtiæ æquiualens pondus.
CH. *Heu filia filia infelicißimæ*
Electra matris, quem ſemper
Liquefacis ſic inſatiabilem luctum,
Illum olim ex doloſæ, impiißimæ
Matris captum deceptionibus Agamemnonem,
Malaq; manu proditum? ſic
Ille hæc qui præbuit,
Pereat: ſi mihi fas hæc proloqui.
ELE. *O filiæ generoſorum patrum,*
Venite meorum laborum conſolatio.
Nouiq;, & intelligo hæc: non me
Fugit, neq; uolo relinquere hoc,
Non meum lugere patrem infelicem.
Sed ò uniuerſæ
Amicitiæ rependentes gratiam
Sinite me ſic mœrere:
Heu heu ſupplico.
CH. *At non ex* Plutonis
Communi palude patrem re-
ſtitues, neq; luctibus, neq; litationibus.
Sed à moderatis ad ſine remedio
Dolorem ſemper ſuſpirans peris:
In quibus ſolutio eſt nulla malorum.
Quid mihi difficilia toleratu cupis?
ELE. *Fatuus, qui miſerabiliter*

Quē ſemp) quidnam tā aſſiduo luctu cōficeris Agamēnonē dolis matris interfectū deplorans?

Non) nolo vnq̄ desiſtere a deflēdo meo patre.

Mortuorum parentum obliuiſcitur.

Placuit) aliter cõ gruit.

Verum mihi lugens placuit mentibus,
Quæ Ityn ſemper Ityn lamentatur,
Auis lugens Iouis nuntia.

Iouis).ſ.dici, vel veris.

Heu undiq; miſera
Niobe.te uero ego certe puto deam,
Quæ in ſepulchro ſaxoſo
Heu heu,lachrymaris.
CH. *Non tibi ſoli filia*
Dolor apparuit mortalium:

Illorũ intus) Cui dolori tu ex omnibus domeſticis una nimium vacas.

Ad quem tu illorum intus es ſuperflua,
Quibus ex propinquo es, et generatione cõſanguinea:
Qualis Chryſothemis
Viuit, & Iphianaſſa,

Occulta &c.) Oreſtẽ intelligit.

Occultaq; mœrens in pubertate.
ELE. *Felix,quem inclyta*
Terra olim Mycenæorum
Accipiet generoſum Iouis læta
Via uenientem hanc ad terram Oreſtem:

Sine labore)Ideſt indefeſſe, aſſidue

Quem ego certe ſine labore
Expectans orba filijs,

Non ſponſa) Innupta.

Miſera non ſponſa ſemper circumeo,
Lachrymis humida,imperfectam

Imperfectam)Infinitam.

Perniciem habens malorum.ille uero obliuiſcitur,

Paſſus eſt) & quę a me accepit beneficia,& quæ de rerum domeſticarum ſtatu illi per nuncios ſignificaui.

Quæq; paſſus eſt,quæq; didicit. Quid enim non mihi
Venit nuntiationis decipiens?
Semper quidem nam deſyderat,
Deſyderans autem non uult apparere.
CH. *Confide mihi,confide filia.*
Eſt magnus in cœlo

Iuppiter, qui intuetur omnia, & imperat:
Cui valde dolentem iram tribuens — Dolentem) al'r. excruciantem.
Neq; ijs quæ odisti,
Nimium dole, neq; obliuiscere.
~~*Tempus enim facilis deus.*~~ »
Neq; enim Crisan
Bouespascentem habens littus — Pascentē) aliter pascens litus. f.
Filius Agamemnonides sine reditu,
Neq; apud Acherontem deus imperans.
ELE. *Sed me quidem multa*
Defecit iam
Vita insperata, nec amplius sufficio:
Quæ sine parentibus liquefio:
Cuius amicus nullus uir superest,
Sed quæ quidem, si qua inquilina indigna, — Indigna) idest honore carens, neglecta, despecta.
Habito thalamos patris, sic quidem
Indecenti cum ueste
Vanis autem insisto mensis. — Vanis) uacuis, sine dapibus.
CHO. *Miserabilis quidem reditibus uox,*
Miserabilisq; in cubilibus patriis:
Quando tibi æ rearum contraria
Securium concitata fuit percussio:
Dolus erat consulens, amor interficiens,
Grauem grauiter præparantes
Figuram, siue certe deus, siue mortalium
Erat hæc faciens.
ELE. *O omnium illa plus dies*
Adueniens inimicissima sane mihi.
O nox, o cænarum secretarum
Magni dolores,

Quas meus uidit pater
Mortes indecentes geminis manibus:
Elegere) cepere, perdidere. Quæ meam elegere uitam
Proditam: quæ me perdiderunt.
"Quibus deus magnus Olympius
Pænadignas paßiones pati præbeat,
Neq; unq̃ uoluptate perfruantur
Talia perficientes opera.
Confidera)caue. CHO. Consydera non ultra loqui.
Non mentem tenes, ex quibus
Præsentia domestica in damna
Incidis sic indecenter?
Multum nanq; malorum acquisiuisti,
Tuo iracundo pariens semper
Animo bella. hæc autem potentibus
Nõ litigiosa &c.) cum potērioribus non est tibi certã dum. Non litigiosa appropinquare.
ELE. In periculis coacta sum, in periculis
Pernoui. non latet me ratio.
Sed (in enim periculis non detinebo
Hoc damnum,
Donec me uita habuerit.
Cui) a quonam. Cuinam unq̃ ò amicæ generationes,
Vtile audiam uerbum?
Cuinam sapienti opportuna?)
Remittite) dimittite. Remittite me, remittite consolatrices.
Hæc enim insolubilia uocabuntur, neq;
Vnq̃ ex laboribus quiescam,
Innũerata) nunq̃ lugere desistens. Innumerata sic luctuum.
CHO. Veruntamen beneuolentia certe loquor,
Mater tanq̃ aliqua fidelis:

Non parere te damnum damnis. Parere) ſ.adeo, ne par.as.
ELE. Et quæ menſura uexationis nata eſt? dic
Quomodo propter mortuos negligere pulcrum?
In quonam hoc inſitum eſt hominum?
Neq; fuerim honorabilis his,
Neq;, ſi alicui adiaceam bono,
Simul habitem quieta, parentum
Inhonoratas tenens alas
Acutorum ploratuum.
Si enim ille quidem, mortuus terraq; & nihil exiſtens Ille) vel pater, vt Oreſtes.
Iacebit miſer, hi autem non rurſus
Dabunt cædis ultrices pœnas:
Valeat utiq; pudor, omnium
Que religio mortalium.
CH. Ego quidem ò filia, et tuum ſolicite curãs ſimul,
Et meum ipſius, ueni. ſi autem non recte
Dico, tu uince: te enim ſequemur ſimul.
ELE. Verecundor quidem ò mulieres, ſi uideor
Multis lamentationibus ægreferre uobis nimis.
Sed (uis enim hæc cogit me facere)
Ignoſcite. quomodo enim, quæcunq; generoſa mulier,
Paterna uidens damna, non faceret hæc utiq;:
Quæ ego per diem, & per noctem ſemper
Florentia magis, q̃ pereuntia uideo?
Sane prima quidem matris, quæ me genuit, Sane &c.) a ſr, cuſ primum:
Inimiciſſima contigere: deinde domibus
In meiſipſius cum interfectoribus patris
Simul ſum, & ab his imperatur mihi, & ab his mihi Ab his eſt) in eorum poteſtate eſt.
Accipereq; ſimiliter: & priuari eſt.
Deinde quales dies putas me ducere,

Quando thronis Aegisthum sedentem uideo
Paternis, intueorq; uestes
Ferentem illi easdem, & domestica
Libantem sacrificia, ubi illum perdidit?
Video autem horum extremam contumeliam:
Ipsum homicidam nobis in lecto patris
Cum infelici matre? matrem si debitum
Hanc appellare hoc cum concumbentem.
Illa uero sic misera, ut cum scelerato
Concumbat, furiam nullam perhorrescens:
Sed, quemadmodum irridens factis,
Inueniens illam diem, in qua tunc
Patrem meum ex dolo interfecit:
Sic choros statuit, & oues iugulat
Diis menstrua sacrificia saluatoribus.
Ego autem uidens, infelix per tecta
Lugeo, liquefacta sum, & illachrymor patris
Miserum conuiuium cognominatumr,
Ipsa erga me ipsam: neq; enim lugere adest
Tantum, quantum mihi animus uoluptatem fert.
Ipsa enim uerbis generosa mulier
Loquens, talia exprobrat mala.
O impium odium, tibi soli pater
Mortuus est: alius autem nullus in luctu mortalium?
Male pereas, neq; te ex luctibus unquam
His nunc liberent inferi Dij.
Hæc exprobrat. preterquàm quādo audierit ab aliquo
Venturum Orestem: tunc uero furens
Clamat aßistens: non tu mihi horum causa?
Non tuum hoc est opus? quæ ex manibus

Illi) quas ille gestare solebat.

Inueniens) nacta idest ubi ea aduenit dies.

Sic) aliter, hac, die. s.

Erga me) Mecū ipsa.

His nunc) Præsentibus.

Præterq̄) verum cum audit.

Furata

Furata Orestem meis exposuisti?
Sed scias sanè soluturam te dignum supplicium.
Talia latrat: simul autem concitat prope
Ille inclytus huic hæc sponsus præsens:
Ille omnia imbellis hic: omne nocumentum:
Ille cum mulieribus pugnas faciens.
Ego autem Orestem horum expectans semper
Sedatorem uenturum misera, pereo.
Futurus enim semper facere quid, existentesq; meas,
Et absentes spes corrupit.
In igitur talibus, neq; sapere amicæ,
Neq; pie agere licet: sed in malis
Multaq; necessitas, & exercere mala.
C H O. Age dic, utrum existente Aegystho prope
Dicis hæc nobis, an profecto ex domibus?
E L. Valde sanè. ne puta me, siquidem esset prope,
Forensem uenire, nunc autem in agris est.
C H O. Sanè uero ego confidens, magis in sermones
Tuos deueniam, si quidem sic hæc habent.
E L E. Sic nunc absente, dic quod tibi amicum.
C H O. Et iam te interrogo. de fratre quid dicis,
Venturo, uel tardante? scire uolo.
E L. Ait quidem: dicẽs aũt nihil eorum, q̃ dicit, facit.
C H O. Solet enim timere rem uir faciens magnam.
E L. Atqui ego certe saluaui illum non timore.
C H O. Confide. natus est bonus, ut auxilietur amicis.
E L. Confisa sum: quandoquidem nõ diu uixissem ego.
CH. Ne nũc amplius dicas quicq̃: quia domibus uideo
Tuam consanguineam ex patre eodem natura
Chrysothemin, exq; matre, parentationes manibus

Sponsus) Aegisthus.

Futurus facere) factură se pollicẽs.

Sapere) moderatã esse, tẽperare.

Forensem) foras.

Sic) aliter, vt.

Inferioribus) inferis, mortuis. *Ferentem, quales inferioribus tribuuntur.*

CHRY. Quam rursus tu hanc ad uestibuli exitus
Profecta clamas ò soror famam:
Et neq; in tempore longo edoceri uis,
Animo uano non gratificari uana?
Atqui tantum certe noui, & meipsam; quòd

Vt) aliter, quod *Doleo propter præsentia: ut certe si potentiam*
Acciperem, declararem qualia ipsis sapio.
Nunc uero in malis mihi nauigare remittēti uidetur,

Putare) uideri. *Et non putare quidem facere quid: nocere autem non.*

Sed) aliter, saltem. *Talia autem sed & te uolo facere:*

Atqui) quãq. *Atqui quidem iustum, non quatenus ego dico,*
Sed quatenus tu iudicas. si autem liberā me oportet
Viuere: imperantium sunt omnia audienda.
EL. Graue certe, te existētē p̄ris, cuius tu filia nata es,
Illius oblitam esse, & parientem curare.

Meæ) quas mihi das. *Omnes enim tibi meæ admonitiones,*

Perceptæ) aliter, traditæ. *Ab illa perceptæ, & nihil ex te ipsa dicis.*
Deinde elige altera: uel sapere male,
Vel amicorum sapiens non memoriam habere.

Recte) aľr, modo dicebas. *Quæ dicis quidem recte: quòd, si acciperes*
Potentiam, horum odium demonstrares utiq;.
Me autem patri omnia persoluente,
Neq; cooperaris, & facientem dehortaris.
Non hæc ad mala timorem habent?

Deinde) aľr, quare, vel nam. *Deinde doce, uel disce ex me: quod mihi*

Finienti) si finiero: si lugere desiero. *Lucrum fiet hos finienti luctus?*
Non uiuo? male quidem noui sufficienter autem mihi.
Offendo autem hos, ut mortuo
Honores applicem: si qua est illic gratia.

Tu autem nobis odio habens, odisti quidem sermone,
Opere autem, cum interfectoribus patris conuersaris.
Ego quidem igitur nunq̃, neq; si mihi tua
Esset quis portaturus dona, propter quæ nunc gaudes,
His cederem. tibi autem diues
Mensa ponatur, & circumfluat uita:
Mihi enim esto hic, me non molestare, solum
Cibus: tuum autem non amo honorem consequi;
Neq; utiq; tu sapiẽs certe existẽs. nũc aũt cũ liceat p̃ris
Omnium optimi filiam uocari, uocaris
Matris. sic enim apparebis plurimis mala,
Mortuum patrem, & amicos prodens tuos.

Nobis odio &c.) illa tu, quæ quidẽ uerbis ostẽtis odisse te Clytæmnestrã utq; Aegisthum.
Gaudes) deliciaris.
Vita) opulentus uictus.
Molestare) tristari me ipsam.
Vocaris) aẽr, uocare, imperatiui modi.

CHO. Nihil iracunde per deos, quia sermonibus
Inest ambarum lucrum: si tu quidem discas
Huius uti, tuis autem hæc rursus.
CHR. Ego quidẽ ò mulieres, cõsueta sum quodãmodo
Huius sermonum, neq; meminissem unq̃,
Si non malum maximum in ipsam iens
Audiui, quod hanc longis cohibebit à luctibus.
ELE. Age dic hoc sanè periculum. si enim his mihi
Maius quid dices: non contradixerim amplius.
CHR. Sed dicam tibi, omne quodcunq; pernoui ego.
Sunt enim te, si hos non finieris luctus:
Illuc missuri, ubi nunq̃ solis
Lumen intueberis: uiuens autem in tenebroso
Tecto, terram hanc extra, cantabis mala.
Ad hæc consydera, & me nunq̃ posterius
Passa reprehendas. nunc enim in pulcro sapere.
ELE. An hæc sanè mihi & consuluere facere?
CHR. Maxime, qñ quidẽ domũ Aegisthus aduenerit.

Huius) sermonibus. s.
Sermonum) sermonibus.
Audiui) audiuisse impendere.
Consuluere) cogitauere, statuere.

E L E. *Sed perueniat huius certe causa in celeritate.*
C H R. *Quēnā ò misera hūc imprecata es sermonē?*
E L. *Venire illum, si quid horum facere cogitat.*
C H R. *Vt patiaris quam rem? ubi nam es mentium?*
E L E. *Vt à uobis q̄ longißime effugiam.*
C H R. *Vitæ autem præsentis non memoriam tenes?*
Ames) admirere. E L E. *Pulcra enim mea uita, ut ames.*
C H R. *Sed esset, si tu certe bene sapere scisses.*
E L E. *Ne me edoce amicis esse malam.*
C H R. *At non doceo, imperantibus autem cedere.*
E L E. *Tu hæc cole, non meos mores dicis.*
C H R. *Pulcrū certe quidē nō ex incōsultatiōe cadere.*
E L E. *Cadamus, si opus est, patrem uindicantes.*
C H R. *Pater autem horum (noui) ueniam habet.*
E L E. *Hæc sunt uerba à malis laudare.*
C H R. *Tu autē non parebis, & simul laudabis mecū?*
E L E. *Non sanè. non unq̄ mente tantū essem uacua.*
C H R. *Ibo sanè: quò quidem missa sum uiæ.*
E L E. *Quò aūt proficisceris? quò fers hæc ignita?*
C H R. *Mater me mittit patri tumulo libare inferias.*
E L. *Quomodo hoc dixisti? an inimicißimo mortaliū?*
C H R. *Quem interfecit ipsa. hoc enim dicere uis.*
E L E. *A quo amicorum persuasa? cui hoc placuit?*
Videri) vt mihi videtur. C H R. *Ex terrore nocturno uideri mihi.*
E L E. *O dij patrij, coadiuuate saltem nunc.*
C H R. *Habes aliquam confidentiam hoc timore de?*
E L E. *Si mihi dicis uisionem, dixerim tunc.*
C H R. *Sed non noui, præterq̄ ad paucum dicere.*
Multum) sæpenumero. E L E. *Dic saltem hoc. multum certe exigui sermones*
Errare fecerunt iam, & correxere mortales.

CHR. *Sermo quidam ipsam est uidisse patris*
Tuiq; & mei secundum colloquium,
Qui uenerit ad lucem. deinde hunc domesticum
Fixisse accipientem sceptrum: quod ferebat olim
Ipse, in præsentia autem Aegisthus: exq; hoc supra
Germinare emanantem ramum: quo umbrosam
Omnem fieri Mycenæorum terram.
Talia ex quodam præsente, quando soli
Ostendit somnium, audiui narrante.
Plura uero his non noui, præterq̃ quod
Mittit me illa huius timoris gratia.
ELE. *Per nunc deos tibi supplico consanguineos,*
Mihi parere, neq; inconsultatione cadere.
Si enim me repelles, cum malo punies rursus.
Sed ò amica, horum quidem, quæ tenes manibus,
Tumulo adaptabis nihil. non enim tibi fas,
Neq; legitimum, inimica à muliere stare
Parentationes, neq; purgationes afferre patri.
Sed uel spiritibus, uel profunde fosso puluere
Occulito illas: ubi unq̃ in lectum patris
Horum adueniat nihil. sed quando mortua fuerit:
Ex genere seruandorum ipsi hæc seruentur deorsum.
Principio autem, si non audacißima mulier
Omnium nata est: has inimicas inferias
Nunq̃, quem interfecit, illi imposuisset.
Consydera nanq;, num tibi amice ipsi uidetur
Munera hæc certe sepulchris accipere mortuus,
A qua mortuus inhonoratus, tanq̃ inimicus,
Obtruncatus fuit, & in lauacris caput
Maculas abstersit. an non putas

Accipienti) cum accepisset, uel accepto.

Ostendit) exposuit.

Videntur hæc, usq; ad uersum illum, Sed o amica: eē Chrysothemis uerba, quēadmodum & supra.

Punies) aliter, addis.

Adaptabis) admouebis.

Stare) constitui, apponi.

Spiritibus) uētis.

Ex genere &c.) thesauri, res prætiosæ, ornamenta.

Accipere) accepturus.

Caput) aliter, capitis.

Purgationes)expiationes has. *Purgationes ipsi hæc cædis ferre?*
Non est.sed hæc quidem,dimitte.tu uero
Incidens capitis capillorum summas comas,
Et mei miseræ,parua quidem hæc,uerumtamen
Quæ habeo,da ipsi hunc squallentem capillum,
Exercitum) elaboratum. *Et cingulum meum non delitijs exercitum:*
Pete autem procumbens,à terra beneuolum
Nobis auxiliatorem ipsum in inimicos uenire,
Superiore manu) idest victorem. *Et puerum Orestem ex superiore manu*
Inimicis ipsius uiuentem inscendere pede:
Vt in posterum ipsum diuitioribus
Manibus coronemus,quàm in præsenti donamus.
Puto quidem certe, puto aliquid & illi cum curæ sit,
Mittere) a'r misisse. *Mittere hæc ipsi mali aspectus somnia.*
Verumtamen soror,tibiq; administrato hæc,
Mihiq; auxiliatricia,& dilectißima mortalium
Inferni)in Plutonis. *Omnium in inferni iacenti communi patri.*
C H O.*Ad pietatem puella dicit,tu autem,*
Si sapies ò amica,facies hæc.
C H R.*Faciam.nam iustum non habet rationem*
Duas)aliter, cum duabus. *Duas contendere,sed festinare facere.*
Tentanti autem hæc opera mihi
Silentium à uobis per deos sit amicæ.
Pariens)mater. *Quia si hæc pariens audiet:amarum*
Puto me conatum hunc ausuram etiam.
C H O.*Si non ego fatua*
Vates nata sum,& mente
Relicta sapiente:
Veniet prædiuinatrix
Iustitia,iustas ferens

Manibus potentias. ueniet ò
Filia non longo tempore.
Subest mihi confidentia
Suaue spirantia audientem nu=
Per somnia.
Non enim unq̃ obliuiscitur, qui genuit,
Græcorum rex:
Neque antiqua ærefacta
Anceps securis, quæ illum interfecit tur=
Pißimis in contumelijs.
Veniet & multipes
Et multimanus grauibus
Occultata insidijs, æripes erinnys,
Sine lecto, non sponsa enim inscendit
Homicidarum nuptiarum cer=
Tamina, quibus non fas.
Ante hæc autem me habet,
Nunq̃, nunq nobis in=
Vituperabile appropinquare miraculum
Agentibus & cooperantibus. sanè
Diuinationes mortalium
Non sunt in grauibus somnijs,
Neq; in uaticiniis:
Si non hoc uisum noctis
Bene detinebit.
O Pelopis prior
Multilaboris equitatio,
Quàm uenisti lamentabilis
Huic terræ.
Quando enim in pontum deiectus

Audientẽ) audienti, casus pro casu.

Non sponsa) non legitima.

Miraculum) idest somnium illud.

Detinebit) habebit, cesserit.

Myrtilus sopitus fuit
Ex aureis curribus
Infelicibus ærumnis
Radicitus proiectus,
Nulla unq̃
Defecit ex hac domo
Laboriosa ærumna.

Remissa) soluta. C L Y. Remissa quidem, ut uideris, rursus redis.
Non enim adest Aegisthus, qui te detinebat semper:
Forensis) domo egressa Ne forensis certe existens dedecore afficeres amicos.
Nunc autem quia abest ille, nihil curas
Me certe. atqui multa erga multos me iam
Edixisti) diuulgasti. Edixisti: quòd audax, & ultra ius
Impero, contumelia afficiens, & te & tua.
Ego aũt contumeliam quidẽ non habeo, male uero tibi
Dico, male audiens à te frequenter.
Pater enim, nullus alius tibi prætextus semper,
Quòd ex me mortuus est, ex me. recte
Pernoui, horumq; negatio non inest mihi.
Nam iustitia illum occidit, non ego sola:
Cui oportebat te opitulari, si sapiens fuisses.
Quoniam pater hic tuus, quem ploras semper,
Tuam consanguineam solus Græcorum sustinuit
Aequale) æque. Sacrificare dijs, non æquale laborans mihi
Molestiæ, quando seminauit, sicuti pariens ego.
Esto. doceto me. gratia cuius
Sacrificauit ipsam? utrum Argiuorum, dices?
At non licebat ipsis certe meam interficere.
Occidens) cum occidisset meam filiam &c. Sed pro fratre uero Menelao? occidens
Mea, non debebat horum mihi dare pœnam?

Vtrum illi filij non erant duplices? Duplices)gemin
Quos hac magis par erat mori, patris
Et matris existentes, cuius nauigatio illa fuit causa?
An meorum pluto quoddam desyderium filiorum,
Quàm illius habebat, conuiuari plus? Illius)q̄ꝑ Helenes liberorum.
An pernicioso patri quidem ex me
Filiorū desyderiū omittebatur, Menelao aūt inerat? Menelao)vl' Menelai liberorū.f.
Non hæc inconsulti, & mali mente patris?
Puto quidem, si etiam tuâ seorsum à mente dico. Si etiam) etiamsi.
Diceret autem utiq; mortua, si uocem acciperet.
Ego quidem igitur non sum factis
Difficilis. si autem tibi uideor sapere male, Difficilis) irata, maleuola.
Mentem iustam tenens, propinquos uitupera.
E L E. Dices quidem nō nunc certe mihi, qđ quid orsa
Molestum, deinde, te hæc exaudiui à.
Sed si concesseris mihi, mortuo certe pro
Dixerim rectè, sororeq; simul.
C L Y. Atqui cōcedo. si aūt mihi sic semꝑ sermonibus
Incæpisses, non fuisses molesta audire. Audire)auditu.
E L E. Et iam dico tibi. patrem dicis occidisse. quis nā
Hoc sermo fieri posset impudentior adhuc:
Siue certe iuste, siue non? dicam autem tibi,
Quòd non iure occidisti, sed te traxit
Persuasio malo ab homine, cū quo in præsenti cois.
Interroga autem uenatricem Dianam, cuius
Pœnæ, multos spiritus habuit in Aulide: Cuius pęnæ &c.) aliter, cui pœna plurimum vētos detinuit &c.
Vel ego dicam, ab illa enim non fas discere.
Pater olim meus, ut ego audio, deæ
Ludens per nemus, persecutus est pedibus
Signatum cornutum ceruum, cuius per cædes

Gloriatus uerbum aliquod existit iaciens.
Et ex hoc irata Latonæ filia puella,
Aequiualentem) idest loco, uel pro ceruo. f. *Detinuit Achæos, ut pater æquiualentem*
Feræ sacrificaret suam ipsius filiam.
Sic fuere illius sacrificia: non enim erat solutio
Multa) multum, valde. *Alia exercitui ad domum, neq; ad Ilium.*
Pro quibus coactus multa, & resistens, uix
Sacrificauit ipsam, non Menelai gratia.
Si uero igitur (dicam enim & tuum) illum uolens
Adiuuare, hæc fecisset: huius mori
Oportebat ipsum, causa, ex te? qua lege?
Vide ponens hanc legem mortalibus,
Ne damnum tibiipsi, & pœnitentiam ponas.
Si enim interficiemus alium pro alio, tu sane
Prima morereris, si iudicium certe assequeris.
Sed respice, ne excusationem non existentem ponas.
Si enim uis, doceto, pro qua re in præsenti
Turpissima omnium opera faciens es:
Quæ concumbis cum homicida, cum quo
Patrem meum, ante perdidisti,
Et filios facis, & priores legitimos
Eiiciens habes) eiecisti. *Et ex legitimis natos eijciens habes.*
Quomodo hæc laudauerim? an & hoc dices,
Vltiones) talionis pœnas. *Quòd filiæ ultiones sumis?*
Pulchrum) honestum, æquum est. *Turpiter autem, siquidem & dicas: non enim pulchrũ,*
Inimicis nubere filiæ causa.
Sed non certe, neq; admonere licet te,
Quæ omnem mittis linguam, quòd matri
Maledicimus, & te ego dominam,
Quam matrem non minus in nos puto:

Quæ uiuo uitam laborioſam, exq; te malis Ex te) proficiſcẽtibus.
Multis ſemper uerſans, & concubino.
Ille autem alius extra manum tuam uix elapſus
Infelix Oreſtes, infortunatam terit uitam.
Quem multum me tibi nutrire ultorem Multum) ſæpe.
Increpaſti. & hoc, ſiquidem potuiſſem,
Feciſſem. bene hoc ſcias. huius quidem cauſa
Publica me in omnes, ſiue oportet malam,
Siue loquacem, ſiue impudentiæ plenam.
Si enim nata ſum horum operum ſciens,
Ferè quicq̃ tuam non dedecoro naturam.
C H O. *Video iram ſpirantem. ſi autem cum iure*
Simul eſt, huius conſyderationem non amplius uideo. Conſidirationẽ) curam.
C L Y. *Qua autem mihi opus eſt ad hanc cura,*
Quæ talibus parientem contumeliis affecit,
Et hæc talis? an non tibi uidetur Et hæc) præſertim.
Abire in omne opus uerecundia ſine?
E L E. *Bene nunc ſcias, horum me uerecundiã habere,*
Et ſi non uideor tibi. diſco autem, q;
Importuna facio, & non mihi conuenientia:
Sed enim ex te inimicitia, & tua
Opera cogunt me hæc facere ui.
Turpibus enim turpes res edocentur. "
C L Y. *O nutrimentũ ĩpudens. an te ego, et mea uerba* Nutrimentũ) bellua, pecus.
Et opera mea multa nimis dicere faciunt?
E L E. *Tu ſanè dicis hæc, non ego, tu enim facis*
Opus, & opera uerba inueniunt.
C L Y. *At non per dominam Dianam, confidentiæ* Confidentiæ) cauſa. f.
Huius non effugies, quando Aegiſthus aduenerit. Inclinaris concedens) efferris, cũ permiſeris.
E L E. *Vides? ad iram inclinaris, concedens mihi*

Dicere, quæ uellem, neq; ſcis audire.
C L Y. *Non ſines, neq; cum benedicenti uoce*
Sacrificare me, qñquidem tibi conceßi omne dicere?
E L E. *Sino. iubeo. ſacrifica, neq; reprehende*
Meum os, quia non ultra dixerim amplius.
Eleua) tolle, cape. C L Y. *Eleua tu ſacrificia præſens mihi*
Fructuoſa regi huic, ut ſupplicatorias
Preces auertam terrorum, quos nunc habeo.
Audias iam Phœbe præſes
In) inter amicos. *Secretum meum ſermonem: non enim in amicis*
Sermo, neq; omne aperire decet
Hac) electra. *Ad lucem, præſente hac propinqua mihi,*
Ne cum inuidiaq;, & multiloqua uoce
Serat uanam famam ad omnem urbem.
Sed ſic audi, ſic enim & ego dicam,
Quæ enim uidi nocte hac uiſa
Duplicium ſomniorum hæc mihi Lycie rex
Si quidem apparuerunt bona, da perfecta:
Si autem inimica, inimicis retro dimitte:
Et ne me à diuitijs præſentibus, ſi qui
Dolis conſulunt eijcere, concedas:
Sed ſic me ſemper uiuentem innocua uita,
Domos Atridarum, ſceptraq́; gubernare hæc,
Amicisq; cum uerſantem, quibus cum uerſor nunc,
Filiorum) cum ijs filijs, quorũ &c. *Bene quotidie agentem: & filiorum quorũcunq; mihi*
Maleuolentia non adeſt, aut moleſtia amara:
Hæc ò Lycie Apollo propitius audiens,
Da omnibus nobis, quemadmodum petimus:
Alia uero omnia etiam tacente me,
Cenſeo te deum exiſtentem pernoſcere:

Natos ex Ioue nanq; æquum est omnia uidere.
P AE D. Hospites mulieres, quo sciuerim manifeste,
An tyranni domus Aegisthi hæc?
C H O. Hæ sunt ò hospes, ipse conieciſti recte.
P AE D. An & uxorem hanc coniiciens sum
Illius? decet enim tanquam tyranna, uidere. Tyrāna) regina.
C H. Maxime omnium hæc tibi illa adest.
P AE D. O salue regina: tibi ferens uenio sermones
Iucundos amico ab homine, Aegisthoq; simul.
C L Y. Suscepi dictum, scire autem à te
Primum uolo, quis te misit mortalium.
P AE D. Phanoteus ille Phocēsis, rem præbēs magnā.
C L Y. Qualem ò hospes, dic. ab amico enim existens
Viro, clare noui, dilectos dices sermones.
P AE D. Mortuus est Orestes: in breui cōponēs dico.
E L E. Hei, ego misera, perij hac in die.
C L Y. Quid ais, quid ais ò hospes? ne hanc audi.
P AE D. Mortuum Orestem, nuncq; & tunc dico.
E L E. Perij infortunata, nihil sum amplius.
C L Y. Tu quidē res tui ipsius fac, mihi aūt tu hospes
Verum dic, quo modo perijt.
P AE D. Et missus fui ad hæc, & omne dicam.
Ille enim adueniens ad inclytam Græciæ
Speciem certaminis, Delphicorum certaminū gratia,
Quando sensit hominis recta præconia
Cursum proclamantis, cuius primum iudicium:
Aduenit clarus omnibus illic reuerentia, Illic) qui ibi erāt.
Cursus autem adæquans naturæ terminos,
Victoriæ habens exijt honoratum præmium.
Et ut quidem in multis pauca tibi dicam,

Non noui huius hominis opera, & potentias.
Vnũ aũt ſcias: quorũcũq;.n. prædicarũt præfecti certa=
Solent) celebria ſunt. Curſuum dupliciũ quinquertia, quæ ſolent; (minis,
Horum ferens omnia uictoriæ præmia,
Felix habebatur: Argiuus quidem uocatus,
Nomen uero Oreſtes, illius inclytum Græciæ
Congregãtis) qui exercitus oli greci imperator fuit. Agamemnonis exercitum congregantis olim.
Et hæc quidem talia. Quando autem quis deorum
» Lædat, poſſet neq; fortior effugere.
Ille enim alia die quando equeſtrium
Fuit ſole oriente, uelox certamen:
Aduenit multis aurigis cum.
Vnus erat Achiuus: unus à Sparte, duo
Libyes iugatorum curruum præſides.
Et ille in his Theſſalos habens.
Equos quintus. ſextus ex Aetolia
Flauis equis: ſeptimus Magnes uir.
Octauus autem Leucippus Aenearum genus.
Nonus, Athenis deo fabrefactis à:
Bœotus alius decimum implens uehiculum.
Stantes autem, quando ipſos ordinati præſides
Mouerũt) extraxerunt. Sortibus mouerunt, & conſtituere currus:
Irruerunt) proſilierunt. Aerea ſub tuba irruerunt. illi autem ſimul
Equis minati habenas manibus
Concuſſere, atq; omnis impletus fuit curſus
Strepitu collidentium curruum: puluis autem ſurſum
Ferebatur: ſimul autem omnes permiſti
Abſtinebant à ſtimulis nihil, ut ſuperaret
Axeclas quis ipſorum, & fremitus equeſtres:
Simul enim circa dorſa & rotarum baſes

Spumabant, irruebant, equestres respirationes. Respirationes) anhelitus
Ille autem sub ipsam ultimam columnam habens
Admouebat semper rotam, dextrum autem remittens
Sireum æquum, detinebat adiacentem.
Et prius quidem recti omnes stetere currus,
Deinde autem Aeneani uiri infrenes
Equi ui ferunt: ex autem reuersione
Perficientes sextum, septimumq́; iam cursum,
Frontes collidunt Barceis curribus: Barceis) libycis.
Et hinc alius alium ex uno malo
Frangebat, & decidebat, omneq́; implebatur
Naufragiorum Crissæum equestrium solum.
Cognoscens autem ille ex Athenis fortis auriga
Extra trahit, & detinet, dimittens
Tempestatem equestrem in medio mistam.
Equitabat autem ultimus quidem, posteriores aūt hīs
Equos Orestes, fini fidem ferens.
Ille autem ut uidet solum illum relictum,
Acutum per aures sonitum incutiens celeribus
Equis persequebatur: & adæquantes iuga
Impellebant, aliquando alius, alias alter
Caput protendens equestrium curruum.
Et alios quidem omnes tutos cursus
Direxit infelix rectus ex rectis curribus:
Deinde soluens habenam sinistram
Flectentis equi, ignorat columnam summam
Percussisse. fregit autem axis medias axeclas,
Et ex curribus delapsus est, con autem uoluitur Con autem) con uoluitur autem.
Sectis loris. huius autem cadentis in humum,
Equi dispersi sunt in medium cursum.

Exercitus autem ut uidet illum delapsum
Curribus, defleuit adulescentem,
Quæ opera operatus, quæ sortitur mala,
Latus ad solum, interdum cœlo
Crura ostendens: quoad illum aurigæ
Vix detinentes equestrem cursum,
Soluere cruentum, ut nullus
Cognosceret amicorum uidens miserum corpus,
Et illum pyra comburentes statim, in breui
Aere maximum corpus infelicis cineris
Ferunt homines Phocensium præfecti,
Vt patriæ tumulum consequatur terræ.
Talia tibi hæc sunt, quantum quidem in sermonibus,
Dolentia: at uidentibus, qui quidem uidimus,
Maxima omnium, quæ uidi ego, malorum.
CHO. Heu, heu, omne sane dominis antiquis
Radicitus (ut uidetur) corruptum est genus.
CLY. O Iuppiter. quid hæc, utrum felicia dico,
An grauia quidem? lucra uero: moleste autem habet,
Si meisipsius uitam saluo malis.
PAE. Quid uero sic tristaris ô mulier, pñti sermone?
CLY. Graue parere est, neq; enim male
Patienti, odium eorum, quos pepererit, adest.
PAED. Frustra sane (ut uidetur) uenimus.
CLY. Non frustra certe. quo enim frustra dixeris?
Si mihi mortui fidelia habens indicia
Aduenisti: qui meo animo genitus,
A mammis fugiens, & nutrimento meo, exul
Exulabat: & me, postq̃ hac terra
Excessit, non amplius uidit: imputans autem mihi
Cædes

Comburentes) combustum.

Meis ipsius) interitu mei filij.

Fugiẽs) abreptus.

Cædes paternas,grauia interminabatur facturum:
Vt neq; nocte somnus,neq; ex die
Me tegeret iucundus:sed succedens
Tempus deducebat me semper ut mortuam.
Nunc autem(die enim hac liberata sum timore
Ab hac,illoq;:hæc enim maius damnum,
Cohabitatrix erat mihi,meum ebibens semper
Animæ purum sanguinem)nunc autem quiete
Huius minarum causa uiuemus.
ELE.*Hei infelix.nunc enim lugere licet*
Oreste tuam calamitatem,quando sic habens
Ab hac contumelia afficeris matre.num habet recte?
CLY.*Non tu:ille autem,ut habet,recte habet.*
ELE.*Audi Nemesi mortuum nuper.*
CLY.*Audiuit,quæ oportet,& confirmauit recte.*
ELE.*Contumelia affice:nunc enim felix es.*
CLY.*Igitur Orestes & tu,cessate ab his.*
ELE.*Cessauimus nos,non ut te cessare faciamus.*
CLY.*Multa uenisses ò hospes dignus consequi:*
Si hanc cessare fecisses à multiloqua uoce.
PAED.*Igitur abierim,si hæc bene habent.*
CLY.*Minime,quandoquidem neq; me digne*
Ageres,neq; mittente hospite. — Mittente) qui te misit.
Sed ingredere intro,hancq; extra clamare
Sine sua ipsius,& amicorum mala.
ELE.*Num uobis,ut lugens & dolens*
Grauiter lachrymari & plorare uidetur
Filium infelix sic mortuum?
At irridens,uana.ò (infelix ego) — Vana) euanuit, abijt.
Oreste dilectissime,quàm me perdidisti mortuus:

Auellens enim meæ abis mentis,
Quæ mihi solæ aderant spes etiam:
Te patris uenturum uiuentem ultorem olim,
Et mei miseræ.nunc autem quò me oportet ire?
Sola enim sum,teq; priuata,
Et patre iam,oportet me seruire rursus
In inimicissimis hominum mihi
Interfectoribus patris.num mihi recte habet?
Sed non sanè ego reliquo tempore
Cohabitatrix ero:sed hanc apud ianuam
Ingrata)amicis — Dimittens me ipsam,ingrata exiccabo uitam.
Ad hæc,occidat quis,si grauatur,
Intus existentium:quia gratie quidē, si interfecerit:
Molestia autem,si uiuam.uitæ aūt nullū desyderium.
CHO.Vbi nam fulmina Iouis,uel ubi Phæthon
Sol?an hæc intuentes
Abscondunt taciti?
ELE.Heu,heu,heu,heu.
CHO. O filia,quid lachrymaris?
ELE. Heu.
CHO.Nihil magnum clamabis.
ELE. Perdis.
CHO. Quomodo?
Abeuntium) mortuorum — ELE. Si manifeste ab-
Euntium ad Plutonem,
Auferes)subiicies,suppedites. — Spem auferes,contra me
Liquefactam,magis insultaueris.
CHO.Noui enim regem Amphiaraum
Aureis
Septis occultatum.

Mulierum deceptionibus,
Et nunc sub terra,
ELE.*Heu,heu,heu,*
CHO.*Immortalis imperat.*
ELE.*Heu.*
CHO.*Heu sanè,perniciosa enim.*
ELE.*Domita fuit?*
CHO.*Certe.*
ELE.*Noui,noui,apparuit enim*
Curator circa illum in
Luctu:mihi uero nullus amplius est:qui
Enim adhuc erat,
Vanus direptus.
CHO.*Infelix infelicia consequeris.*
ELE.*Et ego huius sciens,suprasciens,*
Omnia trahenti diuturno,multorum
Grauium,tristiumq; dolorum.
CHO.*Scimus,quæ dicis.*
ELE.*Ne me nunc,ne amplius*
Consoleris,ubi non
CHO.*Quid ais,loqueris autem quale?*
ELE. *Adsunt spei amplius communis parentum*
Generosæq; auxiliatores.
CH. *Omnibus mortalibus insita est mors.*
ELE.*An etiam equestribus in contentionibus*
Sic,ut illi infelici,
Sectis loris incidere?
CHO.*Inexplorata pernicies.*
ELE.*Quomodo enim non? si hospes*
Sine meis manibus,

Heu) per parenthesim dicta.

Domita) amphiarai uxor pœnas dedit, a filio interfecta.

Vanus) nullus est

Quid ais) parenthesis.

Contentionibus) certaminibus.

Inexplorata) inopinatum malũ.

Papæ) per parenthesim dictum.

C H O. *Papæ.*

E L E. *Occultatur, neq; sepulcrum assecutus,*

Neq; luctus à nobis.

C H R Y. *Præ uoluptate tibi chariβima impellor,*

Deponens) deposito ornamento. i. inferiis.

Ornamentum deponens, cum celeritate uenire,

Fero enim, uoluptatesq; & requiem eorum, quæ

Ante habebas, & suspirabas, malorum.

ELE. *Vnde autem inuenires meorum tu damnorum*

Auxilium: quibus medicationem non licet uidere?

C H R Y. *Adest Orestes nobis. scias hoc à me*

Audiens, manifeste quemadmodum intueris me.

E L E. *Nunquid insaniuisti misera, & propter*

Tua ipsius mala, & propter mea rides?

C H R. *Per paternum larem at non contumelia*

Dico hæc, sed illum ut præsentem nobis.

E L E. *Hei infelix, & à quo mortalium sermonem*

Exaudiens) auditum.

Hunc exaudiens sic credis nimium?

C H R. *Ego quidem ex meq;, & non alio, manifesta*

Signa intuita, huic credo sermoni.

E L E. *Quam ò misera conspicata fidem? in quid mihi*

Intuita calesis hoc immedicabili igne?

Discens) edocta.

C H R. *Per nunc deos audi, ut discens à me*

Deinceps, uel sapientem, uel fatuam dicas.

E L E. *Tu uero igitur dic, si tibi sermone aliq̃ uoluptas.*

C H R. *Et iã dico tibi omne, quodcũq; cõspexi.*

Postq̃ enim ueni patris ad antiquum sepulcrum,

Iugo) tumulo.

Video, iugo ex alto nuper fusos

Fontes lactis, & circumcoronatum circulo

Omnium, quotquot sunt, florum, tumulum patris.

Videns aũt habui admirationem, & circumspicio,

Ne forte quis nobis prope appropinquet mortalium.
Vt autem in tranquillitate omnem uidi locum,
Tumulo acceßi propius. extremæ autem uideo
Pyræ nuper appensum capillum scissum: Sciſſum) inciſum, detonſum.
Et statim misera ut uidi, apparet quoddam mihi
Animæ consuetum uisum charißimi mortalium
Omnium Orestis hoc uidere indicium:
Et manibus cum tulissem, maledico quidem non, Maledico) abominor.
Lætitia autem impleor statim oculum lacrymarum:
Et nuncq; similiter, & tunc scio
Non hunc splendorem præterq̃ illius uenire. Illius) ab illo.
Huic enim conuenit, præterq̃ mihi & tibi hoc? Huic) aliter, cui.
Et ego quidem non feci, hoc scio,
Neq; rursus tu. quo enim? cui quidem neq; ad deos
Licet indeflete, hoc recedere tecto?
Sed neq; sane matris, neq; mens amat
Hæc facere, neq; faciens latuisset.
Sed sunt Orestis hæc præmia. Præmia) venerationes.
Sed ó amica confide. his ipsis certe His ipſis) nõ iiſdẽ ſemp fauet deus.
~~*Non idem semper dæmonum assistit.*~~
Nobis autem fuere priora, odium: nunc autem forte Nũc) Præſens aũt dies &c.
Multorum erit domina dies bonorum.
ELE. *Heu, stultitiam. quàm te commiseror diu.*
CHR. *Quid autem est? non ad uoluptatem dico hæc?*
ELE. *Non nosti, quò terræ, neq; quò mentis ferris.*
CHR. *Quũo aũt nõ ego noui, quæ quidẽ uidi aperte?*
ELE. *Mortuus est, ó misera. illius autem tibi*
Salutaria perierunt. nihil ad illum respice.
CHR. *Hei mihi, misera. à quo hæc audisti mortaliũ?*
ELE. *A prope præsente, quando periit.*

CHR. Et ubinam est hic? miraculum certe me subit.

Per domum) in domo.

ELE. Per domum, iucundus, neq; matri molestus.

CHR. Hei mihi infelix. cuius nam hominum erant
Multæ patris ad tumulum parentationes?

ELE. Puto maxime. ego quidem mortui
Monimenta Orestis hæc apposuisse aliquem.

CHR. O infortunata. ego autẽ cum lætitia sermones
Tales habens festinabam, non sciens utiq;
Vbi eramus damni: sed nunc, quando ueni,
Et existentia prius, aliaq; inuenio mala.

ELE. Sic habent tibi hæc. si uero mihi parueris,
Huius nunc præsentis nocumenti solues pondus.

Suscitare faciam) suscitabo.

CHR. An mortuos suscitare faciam unq̃?

ELE. Nõ est, quod dixi: nõ enim sic fatua nata sum.

Spõsor) adiutrix.

CHR. Quid nam iubes, quorum ego sponsor?

ELE. Tolerare te facientem, quæ te ego admonebo.

CHR. Sed si qua utilitas certe, non recusabo.

" ELE. Vide. labore certe sine, nihil prospere cedit.

CHR. Video, sustinebo omne quodcũq; qdẽ potuero.

Consului) cogitaui.

ELE. Audi iam nunc, qua ratione, consului facere.
Præsentiam quidem nosti, & tu amicorum,
Quod nulla nobis est: sed infernus accipiens
Priuauit, & solæ relictæ sumus.
Ego autem quoad quidem fratrem uita
Florentem certe exaudiui: habui spes
Cædis tandem ipsum ultorem uenturum patris.
Nunc uero, quando non amplius est, ad te respicio:
Vt interfectorem patriæ cædis
Cum hac sorore ne timeas interficere
Aegisthum, nihil enim te oportet cælare me amplius.

Interfectorem) autorem.

Vbi enim manebis pigra? in quam spem | Vbi) aliter, quo.
Inspiciens amplius rectam? cui adest quidem lugere | Inspiciens) aliter aspiciam te erectam.
Diuitiarum paternarum possessione priuatæ.
Adest autem dolere, in tantum temporis
Sine lecto senescentem, sine nuptijsq;. | Sine lecto) innuptam.
Et hæc sane, amplius speres, ut
Consequaris unq̃: non enim sic inconsultus est uir
Aegisthus, ut tuum unq̃, uel etiam meum genus
Germinare sinat, damnum ipsi manifestum.
Sed si sequaris mea consilia,
Primum quidem pietatem ex patre deorsum
Mortuo feres, fratreq; simul.
Deinde autem quemadmodum nata es libera,
Vocaberis in posterum, & nuptias dignas
Consequeris. Solet enim ad bona quisq; intueri. »
Sermone certe bonam famam non uides quantam
Tibi ipsiq; & mihi adijcies, credens mihi.
Quis enim unq̃ ciuium, uel hospitum nos intuitus
Talibus laudibus non amplectetur?
Videte has sorores amici,
Quæ paternam domum saluarunt:
Quæ inimicis, bene qui ascenderant olim,
Animam despicientes, ministræ fuere cædis.
Has amare oportet, has oportet omnes colere.
Has inq; solennitatibus, inq; communi ciuitate,
Honorare, omnes causa uirilitatis debitum. | Debitum) decet, oportet.
Talia de nobis quicunq; dicet mortalium
Viuentibus, mortuisq;: ut non relinquat gloria.
Sed ô amica, pare. collabora patri.
Collabora fratri. fac quiescere ex malis me:

Fac quiescere & te ipsam, hoc cognoscens, q.
„ Viuere turpe turpiter, recte natis.
Consolatio) prouidentia. C H O. *In talibus est consolatio*
Et dicenti, & audienti socia.
C H R. *Et priusq̃ loqueretur ò mulieres, si mentes*
Consecuta esset hæc non malas: seruasset
Metũ) cautionẽ. *Metum, quemadmodum quidem non saluat.*
Quò enim intuita, tali confidentia
Ipsáq; armaris, & me administrare inuitas?
Non intueris? mulier quidem, non uir, nata es.
Potes autem minus contrarijs manu.
Deus autem his quidem propitius per diem:
Nobis autem defluit, & ad nihil uenit.
Quis igitur talem uirum consulens occidere,
Sine molestia à damno liberabitur?
Vide, male agentes, ne maiora mala
Acquiramus, si quis hos audiet sermones.
Soluit) expedit. *Soluit enim nos nihil, neq; adiuuat,*
Famam pulcram accipientes, ignominiose mori.
Non enim mori, inimicißimum: sed quando mori
Volens aliquis, deinde neq; hoc habuerit accipere.
Resisto) supplico. *Sed resisto, anteq̃ perniciosæ omnino*
Nosq; perdamur, & desoletur genus:
Detine iram, & quidem dicta,
Secreta ego tibi, & imperfecta seruabo.
Ipsa autem mentem tene, saltem tempore tandem,
Cede) al'r, cedere. *Potens nihil potentibus cede.*
„ C H O. *Pare. prouidentia nullum hominibus natũ est*
„ *Lucrũ accipere melius, neq; mente sapiente.*
E L E. *Inexpectatum nihil dixisti, recte . . . .*

Autem sciebam te proiecturam, quæ nuntiaueram.
Sed interfectrici mihi, soliq; faciendum — Interfectrici) manu mea.
Opus hoc: non enim uanum certe dimittemus.
CHO. *Heu, utinam debuisses talis mente patre* — Debuisses) fuisses
Moriente, omnia enim perfecisses.
ELE. *Sed eram natura quidem, mēte aũt, minor tũc.*
CHR. *Exerce talem mente per uitam manere.*
ELE. *Vt non collaboratura præcipis hæc?*
CHR. *Aequum enim aggredientem, & facere male.*
ELE. *Aemulor te, ob mētem: & ob timiditatem odi.*
CHR. *Sustinebo audiens, & quando bene dixeris.*
ELE. *Sed nunq̃ ex me certe ne discas hoc.*
CHR. *Longum discernere hæc & reliquum tẽpus.*
ELE. *Abi, tibi enim utilitas non inest.*
CHR. *Inest, sed tibi perceptio non adest.*
ELE. *Profecta matri hæc omnia dic tuæ.*
CHR. *Neq; rursus tanto odio odi te ego.*
ELE. *At certe, scias quò me infamiæ ducis.*
CHR. *Infamiæ quidem non, prouidentiæ autem te.*
ELE. *Tuum iustum sanè sequi me oportet?*
CHR. *Qñ enim bene sapies, tũc dux fueris tu nobis.*
ELE. *An graue bene dicentem errare?* — An) aliter, profecto.
CHR. *Dixisti recte, cui tu adiaces malo.*
ELE. *Quid autẽ, non uideor tibi hæc cũ iure dicere?*
CHR. *Sed est, ubi & ius damnum affert.*
ELE. *His ego uiuere legibus non uolo.*
CHR. *Sed si facies hæc, laudabis me.*
ELE. *Atqui faciam certe, nihil uerita te.*
CHR. *Et hoc uerum, neq; consules in contrarium?*
ELE. *Consilio enim nihil est inimicius malo.*

CHRY. *Sapere uideris nihil eorũ, quæ ego dico.*
ELE. *Iampridem decreta sunt hæc, & nõ nup mihi.*
CHR. *Abeo itaq;, neq; enim tu mea uerba*
Audes laudare, neq; ego tuos mores.
ELE. *Sed ingredere. non te sequar unq̃,*
Neq; si ualde cupiens fueris. Quoniam
„ *Multæ stultitiæ & uenari uana.*
Es videns) videris. CHRY. *Sed si tibiipsi es uidens quid*
Sapere: sape talia. quando enim in malis
Iam uersaberis, mea laudabis uerba.
CHO. *Quid supra prudentißimas*
Aues intuentes
Cibum curantes, à quibus
Quæ nati sint, à quibusq; utilitatem inuene-
Rint: hæc non æque facimus?
Sed non per iouis coruscationem,
Et cælestem Themin,
Diu non illaboriosi.
O terrestris mortalibus fama,
Con) conclamato. *Con mihi clamato miserabilem*
Vocem mortuis Atridis,
Infelicia ferens opprobria:
Res) alia, partim. *Quia illis iam res quidem ex domibus*
Aegrotant, res autem à filijs.
Duplex pugna, non amplius ad-
Aequat amabili uictu.
Prodita autem sola periclitatur
Electra mortem semper patris,
Infelix suspirans, quemadmodum
Semper lamentans luscinia:

Neq; quid mori prouidens,
Et non inspicere parata,
Geminas capiens Erinnyes.
Quæ nam igitur generosa sic nata sit?
Nullus bonorum uiuens male, ››
Bonam famam dedecorare uult, ››
Ignobilis ò filia, filia. ››
Sic & tu semper lugentem ui-
Tam communem elige
Non rectum debellans,
Duo fer uno sermone: Fer) aliter ferre
Sapiens, optimaq; filia uocari.
Viuas mihi supra manu
Et diuitijs inimicos, quantum
Nunc sub manum habitas:
Quoniam te inueni parca quidem non in bona
Incedentem: quæ uero maxima nata sunt
Legitima, horum ferentem
Optima Iouis cultui.
O R E. *Num ò mulieres, rectaq; exaudiuimus,*
Recte autem imus, quò uolumus?
C H O. *Quidnam interrogas, & quid uolens ades?*
O R E. *Aegisthum, ubi habitat, interrogo iampridē.*
C H O. *Sed rectéq; uenis, & locutus, impunis.* Impunis) verus
O R E. *Quæ igitur uestium, interioribus dixerit*
Nostram desyderabilem communem præsentiam?
C H O. *Hæc, si proximam annuntiare debitum.*
O R E. *Abi ò mulier, declarato ingrediens, quòd* Declarato) nuncia ingressa.
Phocenses inquirunt homines Aegisthum quidam.
E L E. *Hei mihi īfelix, nūqd olim eius, quā audiuimus,*

Famæ ferentes aperta indicia?
O R E. *Non noui tuam famam, sed mihi senex*
Iußit Oreste Strophius nuntiare de.
E L E. *Quid est, ò hospes? quia mihi subit timor.*
O R E. *Ferentes ipsius paruas reliquias in breui*
Vase, mortui, ut uides, portamus.
E L E. *Hei ego misera, hunc illum iam apertum*
Promptum dolorem, ut uidetur, inspicio.
O R E. *Siquidem quid ploras Orestæorum malorum,*
Hoc uas scias corpus illius tegere.
E L E. *O hospes, da nunc per deos, siquidem hoc*
Occulit ipsum uas, in manus accipere:
Vt meipsam, & genus omne simul
Cum hoc lugeam, & deplorem cinere.
O R E. *Date, quæcunq; est, afferentes. non enim ut*
In inimicitia existens requirit hæc,
Sed uel amicorum aliqua, uel à sanguine natura.
E L E. *O dilectißimi monumentum hominum mihi,*
A spe) prxter spe. *Animæ Orestis reliquum, quàm à spe,*
Non quà quidem emisi, accepi.
Nunc enim nihil existentem porto manibus,
Domibus autem te ò fili, splendidum emisi ego.
Vtinam debuisses ante relinquere uitam,
Anteq̃ ad peregrinam te terram emisissem manibus
Furata his, & saluassem à cæde:
Vt mortuus iacuisses illa die
Tumuli paterni communem sortitus partem.
Nunc autem extra domos, & in terra alia exul
Male perijsti tua sorore seorsum,
Et neq; in amicis manibus, infelix ego.

Lauacris adornaui, neq; ex omnia comburente igni
Sustuli, ut par, miserum pondus:
Sed in peregrinis manibus curatus miser,
Paruus aduenis tumor in paruo uase.
Hei mihi (infelix) meam antiquam educationem Meam) propter. C.
Inutilem: quam ego frequenter circa te
Labore dulci præbui. neq; enim unq̃
Matris tu fuisti magis, q̃ mei amicus:
Neq; qui per domum erant: sed ego nutrix,
Ego uero soror tua uocata fui semper.
Nunc autem defecerunt hæc in die una
Mortuo cum te. omnia enim simul rapiens
Procella tanq̃, abiisti. Abit pater:
Mortua sum ego tibi, uanus ipse es mortuus.
Ridentautem inimici, insanit autem præ uoluptate
Mater non mater: cuius mihi tu sæpe
Famas clam præmittebas, tanq̃ apparens
Vltor ipse. sed hæc aduersus
Deus tuusq;, & meus abstulit:
Qui te sic mihi præmisit pro dilectißima
Forma, cineremq; & umbram inutilem.
Hei mihi.
O corpus miserabile. heu, heu,
O grauißimas (hei mihi)
Missus uias dilectißime, q̃ me perdidisti.
Perdidisti certe ò fraternum caput.
Quare sanè, tu accipe me in tuum hoc tectum
Nihil, ad nihil: ut tecum deorsum
Habitem deinceps. etenim quando fuisti supra,
Tecum particeps eram æqualium, & nūc desydero

A tuo mortua non decedere sepulchro:
,, Nam mortuos non uideo molestia affectos.
CHO. Mortali enata es patre Electra, sape.
Mortalis autem Orestes: quare ne nimis suspira:
,, Omnibus enim nobis hoc debitum est mori.
ORE. Heu, heu, quid dicā? quò sermonū inopinabiliū
Sufare) cōtinere. Veniam? superare.n.non amplius linguam possum.
ELE. Quemnā habuisti dolorē? ad quid hoc dicēs es?
ORE. An tua inclyta forma Electra hæc?
ELE. Hæc est illa, & ualde miserabiliter habens.
ORE. Hei mihi, infelicem sanè hanc calamitatem.
ELE. Cur nam ò hospes circa me suspiras hæc?
ORE. O corpus ignominiose, & impie corruptum.
ELE. Nūquam aliam, quā me male loqueris hospes.
ORE. Heu non nuptam, infelicemq; tuā educationē.
ELE. Cur sanè ò hospes sic explorans suspiras?
ORE. Quia non planè sciebā meorū ullū malorum.
ELE. In quo cognouisti hoc dictorum?
Condecentē) cōstit itam. ORE. Videns te multis condecentem doloribus.
ELE. Atqui uides certe pauca meorū malorum.
Inspicere) visu. ORE. Et quomodo fierent his inimiciora inspicere?
ELE. Quoniam sum interfectoribus connutrita.
ORE. Cuius? unde hoc significasti malum?
ELE. Patris. deinde his seruio ui.
ORE. Quisnā te necessitati huic cōmittit mortaliū?
Aequale &c) in me non ii matrem gerit. ELE. Mater uocatur, matri autem nihil æquale est.
ORE. Quid faciens, utrū manibus, an pernicie uitæ?
ELE. Et manibus, & corruptionibus, & oībus malis.
ORE. Neq; auxiliaturus, neq; prohibiturus adest?
ELE. Nō sanè. qui erat.n.mihi, tu proposuisti cinerē.

ORE. O *infelix, quã aspiciens te cõmiseror iãpridẽ.*
ELE. *Solus mortaliũ, nunc scias cõmiseratus tandem.*
O R E. *Solus .n. uenio tuis dolens malis.*
E L E. N*um sanè nobis cognatus uenis alicunde?*
O R E. *Ego dixerim, si harum beneuolum adest.* Beneuolum)Beneuolentia, si hæ tibi sunt amicæ.
E L E. *Sed est beneuolum, quare ad fideles dices.*
O R E. *Dimitte hoc uas nunc, ut omne discas.*
E L E. N*e uero per deos hoc mihi feceris, hospes.*
O R E. *Pare dicenti, & non erraueris unquam.*
E L E. *Ne per mentum, ne auferas charissima.*
O R E. *Non dico relicturum.*
E L E. O *infelix ego te* Te)propter te
O*reste, tuo si priuabor sepulchro.*
O R E. O*minata loquere, cum iure .n. non suspiras.*
E L E. *Quomodo mortuũ fratrem non iure lugeo?*
O R E. *Non tibi conuenit hanc loqui famam.*
E L E. *Sic ignominiosa sum mortuo?*
O R E. *Ignominiosa nullius tu. hoc autẽ non tuum.* Nullius)nulla i re
E L E. *Si quidem* O*restis corpus fero hoc.*
ORE. *Sed nõ* O*restis, prӕterquã sermone prӕparatũ.*
E L E. V*bi est illius infelicis sepulchrum?*
O R E. *Non est: ~~nam uiuentis non est sepulchrum.~~*
E L E. *Quomodo dixisti o fili?*
O R E. *Mendacium nullum eorum quӕ dico.*
E L E. *An uiuit certe uir?*
O R E. *Siquidem animatus ego.*
E L E. *Num tu ille?*
O R E. *Hoc intuita mei*
S*igillum patris, disce an manifesta dico.*
E L E. O *dilectissima lux.*

ORE. Dilectißima. contestificor.
ELE. O uox, peruenisti?
ORE. Non amplius aliunde interroges
ELE. Habeo te manibus.

Sicut) sic, vt, habeas.

ORE. Sicut reliqua habes semper.
ELE. O charißimæ mulieres, ò ciues,
Videtis Orestem hunc artificijs quidem
Mortuum, nunc autem artificijs seruatum?
CHO. Videmus ò filia, & in calamitatibus mihi
Lætata serpit lacryma oculis ab.
ELE. Iò, partus corporum mihi charißimorum
Venistis nuper:

Quos) idest me.

Inuenistis, uenistis: uidistis, quos uolebatis.
ORE. Adsumus, sed silentio habens expecta.
ELE. Quidnam est?
ORE. Tacere melius, ne quis intus audiat.
ELE. Sed non per Dianam semper indomitam,
Hunc quidem unq̃ uoluero trepidare
Superfluum dolorem intus mulierum existentẽ semp.
ORE. Vide quidem certe, ẽt in mulieribus Mars
Inest: bene autem nosti, experta alicubi.
ELE. Hei

Iniecisti) in memoriã reuocasti.

Inocculta bile iniecisti,
Nunq̃ dissolubile,
Neq; unq̃ obliuiscendum
Nostrum,

Natum) fuerit.

Quale natum est malum.
ORE. Pernoui, & hæc, sed quando opportunitas
Dixerit, tunc horum meminisse debitum.
ELE. Omne mihi

Omne

Omne conueniret præsens dicere
Hæc iusta tempus:
Vix enim habui nunc liberum os.
ORE. *Confiteor & ego: itaq; serua hoc.*
ELE. *Quid faciens?*
ORE. *Cuius non est tempus: ne longe uelis dicere.* Cuius) aliter, vbi
ELE. *Quis igitur dignum tui apparentis*
Immutaret sic silentium sermonum:
Quoniam te nunc inopinabiliter,
Insperatoq; uidi?
ORE. *Tunc uidisti, quando dij me cõcitarũt uenire.*
ELE. *Dixisti superiorem*
Priori etiam gratia: Gratia) i. tua præsentia.
Si te deus concitauit
Nostra ad palatia,
Diuinum illud pono ego.
ORE. *Partim quidẽ te timeo gaudentẽ detinere, par*
Timeo nimis uoluptate uictam. (*tim autem*
ELE. *Iò tempore longo dilectißimam uiam*
Dignatus sic mihi apparere,
Ne me multum suspirantem sic uidens,
ORE. *Quid ne faciam?* Quid &c.) parenthesis.
ELE. *Ne me priuaueris,*
Tuarum facierum uoluptatem dimittere.
ORE. *Profecto & in alijs irascerer uidens.*
ELE. *Collaudas?*
ORE. *Quid non?*
ELE. *O amicæ, audiui, quam*
Ego nunquam speraui uocem.
Habui iram mutam,

Neq; cum uoce audiens misera.
Nunc autem habeo te. apparuisti autem
Dilectißimam habens faciem,
Cuius ego neq; in malis obliuiscerer.
O R E. *Hæc quidem superflua sermonum dimitte,*
Et neq;, mater quòd mala, doce me:
Neq; quòd paternam possesionem Aegisthus domorũ
Exhaurit: alia autem effundit, aliaq; dispergit
Temere: tẽporis.n.tibi opportunitatẽ auferret sermo.
Quæ autem conuenient mihi præsenti nunc tempore,
Significa: ubi apparentes, uel occultati,
Ridentes inimicos cessare faciamus hac nunc uia:
Sic autem, ut mater te non cognoscat
Læto uultu, nobis reuersis domos:
Frustra) falso *Sed tanquam pro damno frustra dicto*
Suspira. quando.n.felices erimus, tunc
Gaudere aderit, & ridere libere.
E L E. *Sed ò frater sic, ut & tibi amicum,*
Huic) aliter, hac, pariter, quo tu vis modo *Et meum erit huic: quoniam uoluptates*
A te accipiens, & non meas possedi:
Accipiens) acceptas. *Et neque te molestia afficiens uellem breue,*
Breue) paululũ *Ipsa magnum inuenire lucrum: non.n.recta*
Administrarem præsenti dæmoni.
Sed nosti quidem quæ hinc. quomodo.n.non audiens?
Per tecta) non est domi. *Quòd Aegisthus quidem non per tecta,*
Mater autem in domibus: quam tu nõ uereare unq̃, ut
Videbit) videat, visura sit. *Risu splendidum meum uidebit caput:*
Odium namq; antiquum instillatum est mihi:
Et postquam te uidi, nunquam finiam lætitia
Lachrymans. quomodo enim finierim ego,

Quæ una te hac uia mortuumq́;,
Et uiuentem uidi? fecisti autem mihi inexplorata.
Vt, si pater mihi uiuens adueniret, non amplius
Prodigium existimarim illud, crediderim autẽ uidere.
Quando igitur talem nobis aduenis uiam,
Incipe ipse, ut tibi animus: quia ego sola
Non duobus aberrarim. uel.n.recte
Seruarim me ipsam, uel recte perierim.
O R E. *Tacere laudaui, quia in exitu audio*
Interiorum proficiscentem.
E L E. *Ingredimini ô hospites:*
Præsertim etiam ferentes, qualia neq; quis
A domibus repelleret, neq; lætaretur accipiens.
P A E D. *O plurimum fatui, & mentibus priuati,*
Vtrum pro nihilo uitam curatis amplius,
An mens inest nulla uobis ingenita?
Quando non apud ipsa, sed in ipsis malis
Maximis existentes non cognoscitis.
Sed si stabulis his non fuissem ego Stabulis) uestibulis atrijs, tectis.
Iampridem seruans: fuissent uobis in domibus
Facta uestrum prius, quàm corpora.
Nunc autem metum horum proposui ego. Metum) tutelam cautionem.
Et nunc discedentes à longis sermonibus,
Et inexplebili huius cum gaudio uoce,
Intro accedite, quoniam quidem tardare, malum
In talibus est: discedere autem summa occasio.
O R E. *Quõ igitur habent, quæ hinc, ingrediẽti mihi?*
P A E D. *Recte. existit.n.te non cognoscere, aliquẽ.*
O R E. *Nunciasti, ut uisum fuit, tanquam mortuum.*
P A E D. *Vnus illorũ in inferno, disce hic existẽs uir.* Vnus &c.) Scias te ab ijs pro mortuo haberi.

ORE. Gaudent igitur his, an quinam sermones?
PAED. Perfectorum, dixerim. ut autē nūc habēt,
Recte illorum omnia, & partim non recte.
ELE. Quis hic est frater, per deos dicito.
ORE. Non cognoscis?
ELE. Neq; certe in animum fero.
ORE. Non nosti, cui me dedisti in manus olim?
ELE. Cui? quid loqueris?
ORE. Cuius Phocensium ad solum
Emissus sum tua prouidentia manibus.
ELE. An ille hic, quem olim ex multis ego
Solum adinueni fidelem in patris cæde?
ORE. Ille est: ne me indica pluribus sermonibus.
ELE. O dilectißima lux, ò solus saluator domorū
Agamemnonis, quomodo uenisti? an tu ille es,
Qui hunc & me saluasti ex multis laboribus?
O charißimæ quidē manus, iucundißimū autē habens
Pedum ministerium, quomodo sic diu
Versans me latuisti, neq; apparuisti: sed me
Sermonibus perdidisti, opera habēs iucūdißima mihi?
Salue ò pater, patrem.n. intueri uideor.
Salue. scias autem quòd maximè te hominum ego
Odi, & amaui in die una.
PAED. Sufficere uidetur mihi. hos.n. in medio ser-
Multæ circundāt noctes, diesq; æquales: (mones
Quæ hæc tibi ostendent Electra manifesta.
Vobis autem dico astantibus, quia
Nunc tempus facere. nunc Clytæmnestra sola,
Nunc nullus uirorum intus: si autem tardabitis,
Consyderate tanquam hisq;, & sapientioribus

Apparuisti) te mihi indicasti.

Consyderate) certo sciatis vobis

Alijs, his pluribus pugnaturi. pugnandum esse &c.
ORE. *Non longorum amplius nobis quicq̃ sermonũ*
Pylade, hoc fuerit opus, sed quamcelerrime,
Proficisci intrò, paterna ueneratos templa
Deorum, quicunque quidem uestibula habitant hæc.
ELE. *Rex Apollo, propitius ipsos audi,*
Meq́; ad hos: quæ tibi multa sanè
Ex ijs, quæ haberem, aßidua posui manu.
Nunc autem ò Lycie Apollo, ex ijs, quæ habeo,
~~*Peto, adoro, supplico,*~~ *sis promptus*
Nobis auxiliator horum consiliorum,
Et ostendito hominibus mercedes
Impietatis, quales donant dij.
CHO. *Videte quò procedit*
Contentiosum sanguinem inflans Mars.
Iuere nuper domos occultati
Punitores malorum scelerum,
Ineuitabiles canes.
Quare non diu amplius manebit
Meum mentium somnium suspensum.
Proficiscitur. n. mortuorum
Doloso pede iens uindex intra tectum,
Antiquas patris in sedes
Nuper acutum sanguinem manibus tenens.
Maiæ autem filius
Mercurius, inducit dolum tenebris
Occultans ad ipsum terminũ, & nõ ãplius ĩmoratur.
ELE. *O dilectißimæ mulieres, uiri statim*
Perficient opus. sed ~~silentio~~ expecta.
CHO. *Quomodo nam? quidnam faciunt?*

E L E. *Hæc quidem ad sepulchrum*
Lebetem ornat: hi autem astitere prope.
C H O. *Tu autem extra exiluisti, ad quid?*
E L E. *Custoditura, ut*
Aegisthus non lateat profectus intro.
C L Y. *Heu, heu, heu, heu, heu tecta*
Amicis deserta, & perdentium plena.
E L E. *Clamat quis intus. non auditis ò amicæ?*
C H O. *Audiui inexaudibilia in-*
Felix, ut horream.
C L Y. *Hei mihi infelix. Aegisthe, ubinā existens es?*
E L E. *Ecce ualde rursus clamat quis.*
C L Y. *O fili, ò fili*
Miserare parientem.
E L E. *At non à te*
Misericordiā assecutus est hic, neq; qui genuit, pater.
C H O. *O ciuitas, ò generatio infelix. nunc te*
Quotidiana) αὖτε hodierna *Parca quotidiana corrumpit.*
C L Y. *Hei mihi, percussa sum.*
E L E. *Percutito, si potes, duplicem.*
C L Y. *Hei mihi ualde rursus.*
E L E. *Vtinam Aegisthoquè simul.*
C H O. *Perficiuntur imprecationes. uiuunt*
Terræ) uiuūt qui mortui dicebātur *Terræ su positi.*
Multum fusum namque sanguinem hauriunt
Interfectorum iampridem mortui.
E L E. *Atqui adsunt hi. cruenta autem manus*
Stillat primitias Martis. neque habeo dicere
Oreste, quomodo habent.
O R E. *Quæ in domibus quidem*

Recte: Apollo si recte uaticinatus est.
Mortua est infelix. non amplius time,
Maternum ut te lucrum inhonoret unquam.
C H O. *Desinite. uideo.n.*
Aegisthum ex conspicuo.
E L E. *O filij non retro,*
Intuemini
Hominem contra uos?
Hic ex suburbio
Venit lætatus.
C H O. *Ite contra loca post ianuam, quamcelerrime,*
Nunc priora bene ponentes, hæc ut rursus.
O R E. *Confide, perficiemus sicut cogitas.*
E L E. *Festina nunc.*
O RE. *Et sanè iui.*
E L E. *Quæ hic, curæ fuerint mihi.*
Per aurem pauca sic
Moderate loqui
Ad hominem hunc conduxerit:
Occultum ut irruat ad
Iuris certamen.
AE G. *Quis nouit uestrum, ubinã Phocẽses hospites:*
Quos dicunt Orestem nobis nunciare uitam
Reliquisse equestribus in naufragijs?
Te sanè, te interrogo, & te illam in priori
Tempore audacem: quia maxime tibi curæ esse
Puto, maximeq; secundum scientem dicturam.
E L E. *Noui. quomodo.n.non? calamitatem.n.*
Extra essem meorum charißimam.
A E G. *Vbi uero sint hospites, doce me.*

Lucrum) fastus, superbia.

Hic) peragenda sunt.f.

ELE. *Intus, dilectum .n. hospitium expedierunt.*
AEG. *An etiam mortuum nuntiarunt quãuerißime?*
ELE. *Non, sed & demõstrarunt, non sermone solũ.*
AEG. *Adest uero nobis, ut & manifesta discam?*
ELE. *Adest sanè, & ualde inamabile spectaculum.*
AE. *Profecto multa gaudere mihi dixisti nõ cõsueto.*
ELE. *Gaudeas, si tibi ualde contingant hæc.*
AEG. *Silere iußi, & demonstrare portas*
Omnibus Myceneis, Argiuisq; uidere:
Vt si quis ipsorum spe uana ante
Interrogauit homine de hoc: nunc uidens mortuum
Frena accipiat mea, neq; uiolenter
Me punitorem assecutus inflet mentem.
ELE. *Et iam perficientur hæc in me: nam tempore*
Mentem habui, ut conducat melioribus.
Monstrũ) visum, AEG. *O Iuppiter, uidi monstrũ, sine inuidia qdẽ nõ*
Lapsum, si autem inest Nemesis, non dico.
Remittite omne operimentum ab oculis, ut
Cognatumq; etiam à me lamentationes assequatur.
ORE. *Ipse tu fer, non meum hoc: sed tuum,*
Amicus) aliter amicos. *Hæc uidereq;, & salutare amicus.*
AEG. *Sed bene mones, & parebo. tu autem*
Sicubi per domum mihi Clytemnestra, uoca.
ORE. *Ipsa prope te, non amplius aliò inspice.*
AEG. *Hei mihi, quid inspicio?*
ORE. *Quem times? quem ignoras?*
AEG. *Quorumnam hominum in medijs retibus*
Cecidi infelix?
ORE. *An non sentis pridem,*
Viuens mortuis q. loqueris æqualia?

A E G. Hei mihi intellexi uerbum. non enim est, ut
Ille non Orestes sit alloquens me.
O R E. Et uates existens optimus aberrasti iamdiu.
A E G. Perij miser, sed mihi dimitte
Etiam paulum dicere.
E L E. Ne ultra dicere sine
Per deos frater, neq; prorogare sermones.
Quod.n.mortalium cum malis mistorum
Mori debens, temporis lucrum ferret?
Sed quamcelerrime interfice, & interficiens dimitte
Sepulchris, quæ hunc par est consequi,
Procul ab aspectu nostro: quia mihi hoc malorum
Solum fiet antiquorum solutorium.
O R E. I intro cum celeritate, sermonum.n.non
Nunc est certamen, sed tua anima de. (pulchrũ
A E G. Cur autẽ in domos ducis me? quomodo, hoc si
Opus, tenebris opus est, & nõ promptus es interficere?
O R E. Ne iube. proficiscere autem, ubi interfecisti
Patrem meum, ut in eodem loco moriaris.
A E G. Profecto omnis necessitas, hoc tectum uidere
Et existentia, & futura Pelopidarum mala.
O R E. Hæc certe te. ego tibi uates sum horũ summus.
A E G. Sed non paternam artem iactasti.
O R E. Multa contradicis. hæc autem uia tardatur,
Sed uade.
A E G. Præcede.
O R E. Tibi eundum est antè.
A E G. Certe non fugiam te.
O R E. Ne igitur per uoluptatem
Moriaris. seruare oportet me hoc tibi amarum.

Interficiens) interfectum.
Sepulchris) sepultoribus, pollinctoribus, quos &c.
Hæc) partim

„ *Oportebat autem statim esse hanc omnibus pœnam,*
„ *Quicunque ultra facere leges uult,*
Interficere : nam sceleratum non fuisset multum.
C H O. *O semen Atrei, quam multa passum*
Per libertatem uix exiisti,
Præsenti impetu
Perfectum.

Sceleratum) non tam multi forent scelesti.

FINIS ELECTRAE.

ARGVMENTVM OEDIPODIS *Tyranni metricum ab Aristophane.*

Linquens Corinthum Oedipus, patris nothus
Ab omnibus conuitio laceratus hospes,
Venit audire pythica uaticinia,
Quærens seipsum, & generis satorem.
Inueniens autem infelix in angustis uijs,
Inuitus occidit Laium genitorem.
Sphingis autem horrendæ lætale soluens carmen
Dedecorauit matris ignoratæ lectum.
Pestis autem Thebas cepit, & morbus longus.
Creon autem missus Delphicum ad larem,
Vt audiret mali cessationem,
Audiuit uocem diuinatricem Deo à:
Laieam ulciscendam esse cædem.
Vnde discens seipsum Oedipus miser,
Duplicibusq; manibus eruit oculos:
Ipsa autem mater laqueis perijt.

CVR TYRANNVS INSCRIPTA SIT.

TYRANNVS Oedipus, *ad differẽtiã alterius inscripta est. gratiose autẽ Tyrannũ omnes ipsam inscripsere, ut cõtinentẽ omnem Sophoclis poesim, quãuis uictã à Philocle, ut inquit Dicæarchus. sunt autẽ & prius ipsum nõ Tyrannũ inscribentes propter tẽpora scripturarũ. erratorem. n. & cæcũ Oedipodẽ illũ in Colono ad Athenas peruenisse. proprium autẽ quiddã paßi sunt post Homerum poetæ illos ante Troianos, reges Tyrannos appellantes, sero tandẽ hoc nomine in Græcos distributo, per Archilochi tempora: sicut Hippias sophista scribit. Homerus igitur omniũ iniquißimũ Echetum*

regem dicit, & non Tyrannũ: In Echetũ regẽ mortaliũ peßimum.appellatũ autem fuisse dicunt Tyrãnũ a Tyrrenis.difficiles.n.quosdã circa latrociniũ hos fuisse. Alij autẽ dicũt ipsum generatũ fuisse à Tyro urbe. Dictus est autẽ Tyrannus secundũ uerum,tamq̃ turbans populos,& molestias inferens, & machinans dolos contra subditos. Quòd autem recentius Tyranni nomen:manifestum.neq;.n.Homerus,neq; Hesiodus, neq; alius ullus ueterũ,Tyrannũ in poëmatibus nominat.Aristoteles autẽ in Cumæorum republica Tyrannos inquit,prius Aesymnetas appellatos fuisse. laudabilius certe illud nomen.

Oraculum datum Laio Thebano.

Laie Labdacide filiorum genus beatum petis?
Dabo tibi dilectum filium: sed fato decretum est,
Tui filij manibus relinquere lucem.sic.n.annuit
Iuppiter Saturnius Pelopis odiosis imprecationibus parens,
Cuius dilectum rapuisti filium : ille autem imprecatus est tibi hæc omnia.

AENIGMA SPHINGIS.

Est bipes in terra, & quadrupes,cuius una uox:
Et tripes,mutat autem uocẽ solũ,quæcunq; sup terrã
Reptilia mouentur,perq́; æthera,& per pontum.
Sed quando plurimis festinans pedibus ierit:
Tunc celeritas membris debilißima est eius.

TRAGOEDIAE PERSONAE

Oedipus
Sacerdos senex Iouis
Creon
Chorus ex Thebanis senibus
Tyresias.
Iocasta
Nuntius
Seruus Polybi
Alter nuntius

Incipit autem Oedipus.

SOPHOCLIS OEDIPVS TYRANNVS.

O FILII Cadmi antiqui noua educatio,
Quasnã sedes has mihi insidetis,
Supplicibus ramis coronati?
Vrbs autem simul quidem uapora tionibus referta est,
Simul uero pæanibusq; & suspirijs.
Quæ ego iustum putans non à nuntijs, filij,
Alijs audire, ipse huc ueni,
Ille omnibus inclytus Oedipus uocatus.
Sed ô senex, dic, quando decens natus es
Ante hos loqui: quonam more consistitis:
Timentes, an sustinentes? tanquam uolente
Me adiuuare omne. durus.n.
Essem, talem non commiserans sedem.
SACER. *Sed ô imperans Oedipe regioni meæ,*
Vides quidem nos quales aßidemus
Aris tuis: alij quidem nondum longam **Longam) viš.f.**
Volare potentes: alij autem cum senectute graues
Sacerdotes: ego quidem Iouis, hi uero adulescentiũ
Selecti: aliud autem genus coronatum
Foris sedet, iuxtaq; Palladis duplicia
Templa, ad Ismeniq; diuinatorium cinerem.
Ciuitas.n. quemadmodum & ipse intueris, ualde
Iam fluctuat, & reuelare caput
Ex profunditatibus amplius nõ potis est crueti maris:

Corrumpens) ατr corrupta. Corrumpens quidem cum baccis fructuosis terræ,
Corrumpensq; armentis pascentibus, partubusq;
Male natis) abortiuis. Male natis mulierum: atq; febremferens dea
Irruens impellit pestis inimicißima urbem,
A qua uacuatur domus Cadmæorum: niger
Autem Pluto suspirijs & luctibus ditatur.
Dijs quidem nunc non æquatum te ego,
Neq; hi filij sedere facimus domestici:
Virorum autem primum inq; calamitatibus uitæ
Iudicantes, inq; deorum conciliationibus:
Qui certe soluisti urbem Cadmæorum adueniens,
Tributum) tributo. Duræ uatis tributum, quod præbuimus:
Et hæc à nobis nihil sciens plus,
Neq; edoctus: sed auxilio dei,
Diceris, existimarisq; nobis corrigere uitam.
Nuncq; ò potentißimum omnibus Oedipi caput,
Supplicamus tibi omnes hi procidentes,
Auxiliũ aliquod inuenire nobis: siue ab aliquo deorũ
Famam audisti, siue ab homine nosti alicubi:
Calamitates) euẽtus, exitus Quia prudentibus, & calamitates
Viuentes uideo maxime consiliorum.
Abi ò mortalium optime, corrigito urbem,
Abi, opitulare: quia te nunc quidem hæc terra
Prioris &c.) causa, f. Saluatorem appellat, prioris promptitudinis.
Principij autem tui nequaquam meminerimus,
Stantesq; in rectum, & cadentes postea:
Sed securitate hanc erige urbem.
Aue) omine. Auẽ.n. & tunc uera fortunam
Aequalis) idem, talis. Præbuisti nobis, & in præsenti æqualis sis.
Quia, siquidem imperabis huic terræ, ut imperas:

Cum hominibus pulchrius, quàm uacuæ imparare:
Quia nihil est neq; turris, neque nauis „
Deserta hominibus non cohabitantibus intus.»
O E D. *O filij miserabiles, nota & non ignota mihi*
Aduenistis cupientes. bene enim noui, quòd
Aegrotatis omnes: & ægrotantes, ut ego,
Non est uestrum, qui ex æquo ægrotet.
Vester quidem enim dolor, ad unum uenit
Solum secundùm ipsum, & nullum alium: mea autem
Anima, urbemq;, & me, & te simul plorat.
Quare non somno dormientem me excitatis:
Sed scite multa quidem me lachrymatum iam,
Multasq; uias profectum curæ erroribus.
Quam autē bene considerans inueni medicinā solam,
Hanc feci: filium.n. Menœcei
Creontem meum ipsius generum, ad Pythicas
Misi Phœbi domos, ut audiret quid
Faciens, uel quid loquens hanc liberarem urbem:
Et me dies iam commensum tempore
Molestat, quid agat: nam decens ultra
Abest plus conuenienti tempore.
Quando autem uenerit, tunc ego malus,
Non faciens, fuerim, omnia quæcunq; declarat deus.
S A C. *Sed in pulchrum tuq; dixisti, hiq; nuper*
Creontem aduenientem significant mihi.
O E D. *O rex Apollo, utinam in fortuna aliqua*
Salutari uenerit clarus, sicut oculo.
S A C. *Sed conijcere quidem, iucundus: non.n.caput*
Coronatus huc aduenisset fructuosa lauro.
O E D. *Cito sciemus, ✶ commensus.n.ut audiat:*

Pulchrius) est.

Ex æquo) æque.

Secundum) ad, per se.

Profectum) venisse varia mecum meditatum.

Generum) affinē

Audiret) sciscitaretur.

Conueniēti &c.) diutius, q̄ par sit, abest, seu moratur.

In pulchrum) opportune

Clarus) bonos afferens nūcios: vt ipse lætum aspectum præ se fert.

✶ Cōmēsus &c.) non longe abest, sed prope, ita vt audire nos possit

Rex, mea affinitas, fili Menœcei,
Quam nobis uenis dei famam ferens?
C R E. *Bonam, dico.n. & infortunata, si contingant*
Per rectum aduenientia, omnia feliciter cessura.
O E D. *Est autem quod uerbum? neq; enim audax,*
Neq; certe præueritus sum, hoc nunc sermone.
C R E. *Si hos uis propinquos audire:*
Paratus dicere, siue etiam ire intro.
O E D. *Ad omnes dic. his enim maiorem fero*
Luctum, quàm etiam anima mea de.
C R E. *Dixerim, quæ audiui deo à.*
Iussit nos Phœbus manifeste rex,
Piaculum regionis, ut enutritum terra
In hac expellere, neq; immedicabile nutrire.
A E G. *Qua purgatione? quis modus calamitatis?*
C R E. *Homines expellentes, uel cæde cædem rursus*
Soluentes: tanquam hoc sanguine perturbante urbem.
O E D. *Cuiusnã hominis hanc significat fortunam?*
C R E. *Fuit nobis ò rex, Laius olim dux*
Terræ huius, priusquam tu hanc gubernares urbem.
O E D. *Noui audiens: non enim uidi unquam.*
C R E. *Huius mortui, nunc præcipit manifeste*
Interfectores manu ulcisci quosdam.
O E D. *Hi autem sunt ubi terræ? ubi hoc inuenietur*
Vestigium antiquæ difficile coniectu culpæ?
C R E. *In hac dixit terra. quod autem quæritur,*
Captiuum: effugit autem, neglectum.
O E D. *Vtrum autem in domibus, an in agris Laius,*
An terra in alia, huic coincidit cædi?
C R E. *Spectator, ut dicebat proficiscens, rursus*
Ad domum

Neq; .n. &c.) nihil sum factus certior sermone isto tuo: lætãdumne sit an verendum.

Maiorem &c.) de horũ, quam de mea salute, sum magis solicitus, ac laboro.

Homines &c.) si Laii interfectorem vel expulerimus, vel necauerimus.

Captiuum) facile capi, ac deprehendi posse, si operã demus.

Ad domum, non amplius peruenit, ſicut abijt. Sicut) ut, poſtquã

OED: *Neq; nuntius quis-, neq; adiutor uiæ* Adiutor) comes

Vidit: à quo quis diſcens uti poſſet? Diſcens) edoctus, teſte vtatur.

CRE. *Mortui ſunt.n.præter unũ quẽdã: q timore cũ (fugiſſet*

Eorũ, quæ uidit: præter unũ, nihil habuit ſciẽs dicere.

OED. *Quod? unum.n.multa inueniret diſcere,*

Principium breue ſi acciperemus ſpei.

CRE. *Latrones dicebat incidentes non una*

Fortitudine occidiſſe illum ſed cũ multitudine manuũ.

OED. *Quomodo igitur latro, ſi quid nõ cũ argẽto*

Faciebat: hinc ad hoc audaciæ ueniſſet?

CRE. *Videntia hæc erant. Laio autem mortuo,* Videntia) hæc ita videbantur.

Nullus auxiliator in malis fuit.

OED. *Malum autem quod impedimentũ, Tyrãnide*

Sic cadente, prohibuit hoc ſcire?

CRE. *Varia canẽs Sphinx, quæ ante pedes, cõſyderare*

Dimittentes nos, obſcura admonuit. Admonuit) coẽgit adduxit.

OED. *Sed è principio rurſus ipſa ego oſtendam.*

Digne.n.Phœbus, digne autem tu,

A mortuo hanc poſuiſtis conueiſionem. A) pro. Conuerſionem) curam.

Quare iuſte uidebitis & me ſocium

Terræ huic opitulantem, deoq; cum.

Pro enim non ulterioribus amicis, Vlterioribus) longinquis, externis

Sed ipſe me ipſo hoc diſsipabo odium.

Quicunq; enim fuit, illum qui interfecit, fortaſſe

Et me tali manu ulciſci uellet.

Illi opitulans igitur meipſum adiuuabo.

Sed quamcelerrime filij, uos quidem ſedibus

Surgite, hos eleuantes ſupplices ramos:

Alius autem Cadmi populum ſic congreget, Sic) aliter huc

Tanquam omne me facturo: uel n fortunati
Cum deo apparebimus, uel lapsi.
SACER. O filij, surgamus. horum enim gratia
Et huc uenimus, quæ hic enuntiat.
Phœbus autem, qui misit hæc uaticinia: simul
Saluatorq́; ueniat, & morbi sedator.
CHO. O Iouis, suauiloqua fama, quænam
Auratæ &c.) ab opulẽta Pythone — Auratæ Pythonis
Illustres uenisti Thebas?
Perculsa sum timidam mentem
Terrore uibrans,
Ieie, Delie, Pæan,
Veneratus) veritus — Circa te ueneratus.
Quod mihi uel nouum, uel circunuoluentibus
Debitum) negotium — Horis rursus perficies debitum?
Dic mihi ò aureæ filia
Spei immortalis fama
Inuocanti) qui inuocaui — Primum te inuocanti
Filia Iouis immortalis Minerua,
Terram &c.) i. tutelarem deam — Terram continentemq́; sororem
Dianam: quæ rotundam fori
Sedem gloriosa insidet:
Et Phœbum longe iaculantem, iò, iò
triplices) uos tres — Triplices auxiliatores apparete mihi,
Si quando & priori damno pro
Significastis) aliter expulistis, fecistis auerruncastis — Concitato urbi, significastis
Externam flammam damni;
Venite & nunc ò Dij:
Innumera namque fero damna.
Aegrotat autem mihi, uniuersus populus,

Neque inest curæ hasta, — Hasta) spes opis: auxilium.
Qua quis auxiliabitur. neque enim
Fœtus inclytæ terræ
Augentur, neque partubus
Pestilentium laborum tolerant — Pestilẽtium &c.) pernitiosos labores
Mulieres. alium autem
Alij intuearis. — Alij) supra alium
Sicuti uelocem auem,
Melius inexpugnabili igne — Melius &c.) tam multi (inquit) moriuntur: vt ignis non satis sit comburendo
Motum, littus ad uespertini
Dei: quorum ciuitas innumera
Perit. misera autem proles
In solo letifero
Iacet sine miseratione. inq; uxores, — Inq;) atque
Canæq; insuper matres
Littus ad externum — Externum) aliter arale.
Aliunde aliæ, tristium laborum
Supplices suspirant.
Pæan autem resplendet, suspiransq; uox — Resplendet) plurimus in ore est. q̃ sæpissime inuocatur, vt opẽ ferat.
Concors. quibus pro ò aurea
Filia Iouis, pulchros oculos habens mittito
Auxilium: Martemq; uehementem, — Martem) pestem
Qui nunc inermis scutorum
Comburit me, ad quem omnes clamant, resistens: — Resistẽs) infensus
Reuolutum cursum repellere — Repellere) retrouertere
A patria in uentum, siue in magnum
Thalamum Amphitrites:
Siue in inhospitalem portum,
Threiciam tempestatem.
Fini. n. si quid nox reliquerit,

Venit) abit, perit, | *Hoc in die uenit.*
Quem ò igniferarum corruscationum
Distribuēs) tenēs, habens. | *Potentias distribuens, ò Iuppiter pater,*
Sub tuo corrumpito fulmine.
Lycee rex, & tuas aureis
Iaculis) amentis, arcubus. | *A iaculis sagittas uellem*
Distribuere) immitti, coniici. | *Indomitas distribuere,*
Auxiliatrices appositas:
Et igniferos Dianæ
Splendores) faces | *Splendores, cum quibus Lyceos montes*
Pertransit. auream mitram habentem
Que uoco huius cognominem
Terræ uiniferum Bacchum Euium
Simulmissum) cū Bacchis uersantē: aut ducem, ac præsidem. | *Mænadum simulmissum*
Appropinquare comburentem splendida picea
Deum) pestem. s. | *Contra inhonoratum in dijs deum.*
Administrare) auxiliari, me adiuuare. | OED. *Petis: quæ autem petis, mea si uelis uerba*
Audiens accipere, morboq; administrare:
Auxilium capias certe, & alleuationem malorum.
Quæ ego hospes quidem sermonis huius edicam,
Hospesq; facti. non enim longam
Symbolum) signū indicium. | *Vestigassem ipse non habens aliquod symbolum.*
Perseuero) ascifcor | *Nunc autem (posterior enim ciuis in ciues perseuero)*
Vobis prædico omnibus Cadmæis hæc.
Quicunq; olim uestrum, Laium filium Labdaci
Pernouit, homine a quonam perijt:
Hunc iubeo omnia significare mihi:
Calumniam) accusationem. | *Et si quidem timet calumniam, eruens*
Eruens) omisso meu dicat. | *Ipse de se. patietur.n.aliud quidem*
Inamabile nihil: terra autem abibit innocuus.

Si autem rursus quis alium nouit ex alia terra
Interfectorem, ne taceat. namque
Lucrum perficiam ego, & gratia apponetur.
Si autem contra tacebitis, & quis uel amico
Timens repulerit uerbum, uel etiam a seipso hoc:
Quæ ex his faciam, hæc oportet audire à me.
Hominem interdico hunc, quicunq; est, terra
Hac, cuius ego imperiaq; & sedes rego,
Neq; admittere, neq; alloqui quenquam,
Neq; in deorum precationibus, neq; sacrificijs
Communem facere, neq; purgationes tribuere:
Repellere autem à domibus omnes, tanquam piaculo
Hoc nobis existente: sicut Pythicum dei
Vaticinium demonstrauit nuper mihi.
Ego quidem igitur talis & deo,
Et homini mortuo socius existo, Socius) auxiliator ultor
Deuoueo autem illum, qui fecit, siue quis
Vnus existens latuit, siue pluribus cum,
Malum, male illum expertem conterere uitam.
Imprecor autem domibus, si domesticus
In meis fuerit me conscio:
Pati, quæ quidem his nuper imprecatus sum.
Vobis autem hæc omnia committo perficere,
Proq; meipso, deoq;, hacq;
Terra, sic infructuose, & impie corrupta.
Neq;, si enim esset res non à deo impulsa
Inexpurgatam uos par erat sic relinquere,
Homine certe optimo regeq; mortuo,
Sed perscrutari. nunc autem confirmoq; ego
Habens quidem imperia, quæ ille habuit prius:

Habensq; thalamos, & uxorem cõmunis procreatiõis:
Communiumq; filiorum cõmunia, si illi genus
Non infortunatum fuisset: fuissent nata.
Nunc autem in illius caput insiliit fortuna.
Pro quibus ego hæc, tanquam meo patre
Pro pugno, & ad omnia perueniam,
Querens interfectorem cædis accipere
Labdaceo filio, Polidoriq;, &
Prioris Cadmi, antiquiq; Agenoris.
Et hæc non facientibus, oro deos
Neque aratam ipsis terram suppeditare aliqua,
Neque certe mulierum filios: sed morte
Præsenti corrumpi, atque etiam hac inimiciori.
Nobis autem alijs Cadmeis, quibuscunque
Hæc sunt placentia: & adiutrix iustitia,
Et omnes bene adsint in perpetuum dij.

Maledictioni) deuotioni, imprecationi

C H. *Sicuti me maledictioni subditũ accepisti, sic rex*
Neq; interfici .n. neq; interficientẽ habeo (*dicã.*
Demonstrare. quæsitum autem, mittentis erat
Phœbi hoc dicere, quisnam fecerit olim.
O E D. *Iusta dixisti: sed cogere deos,*
Si non uoluerint, nullus posset uir.
C H O. *Secunda ex his dixerim, quæ mihi uidentur.*

Non) quin dicas

O E D. *Si etiam tertia sunt, ne dimittas non dicere.*
C H O. *Regem regi eadem uidentem scio*
Maxime Phœbo Tiresiam: à quo quis utique

Sed, non &c.) ne hoc quidem prætermisi.

Explorans hæc, ò rex disceret manifestißima.
O E D. *Sed non in otiosis neq; hoc feci,*

Creonte &c.) a Creõte admõitus

Misi enim Creonte dicente, geminos

Viæ comites) nũcios,

Viæ comites: diu autẽ nõ præsens, admirationi est.

CHO. *Atqui certe alia surda, & antiqua uerba.*
OED. *Quæ hæc? omnem enim consydero sermonem.*
CHO. *Mortuus esse dictus est à quibusdã uiatoribus.*
OED. *Audiui & ego, sed uidentem nullus uidet.* Videntem) qui vidit.
CHO. *Sed siquam quidem timorisq; habet partem,*
Tuas audiens, non manebit tales imprecationes.
OED. *Cui non est facieti timor, neq; uerbum timet.*
CHO. *Sed indicans ipsum est. hi enim* Indicans) qui indicet, adest Tiresias.
Diuinum iam uatem huc ducunt: cui
Verum innatum est hominum soli.
OED. *O omnia consyderans Tiresia docibiliaq;*
Secretaq;, celestiaq;, & terrestria,
Vrbem quidem, etiã si non aspicis, sapis uero tamen,
Quali morbo uersatur: cuius te præsidem,
Saluatoremq; ò rex solum inuenimus.
Phœbus.n.etiamsi non audis nuntios,
Mittentibus nobis remisit solutionem Mittentibus) sciscitatis
Solam uenturam huius morbi:
Si interficientes Laium discentes bene
Interficiamns, uel è terra exules emittamus.
Tu igitur inuidens neq; ab augurijs famam,
Neque si quam aliam diuinationis habes uiam:
Libera te ipsum, & urbem, liberaq; me:
Libera autem omne piaculum mortui:
In te.n.sumus.hoĩem autẽ adiuuare ab ijs, quæ
Habeatq;, & posit: pulcherrimus laborum.
TIR. *Heu, heu, sapere quàm graue, ubi non utile*
Est sapienti. hæc enim recte ego
Sciens perij: non.n.huc uenissem.
OED. *Quidnam est? quàm tristis aduenisti.*

TIR. Dimitte me in domos. facillime.n.tuumq; tu,
Et ego auferam meum, si mihi parueris.
OED. Neq; recta dixisti, neque gratum urbi
Huic, quæ te nutriuit: hac priuans fama.
TIR. Video enim neque tibi tuam uocem euntem
Opportunam.ut igitur neq; ego idem patiar.
CHO. Ne per deos sapiens certe auertaris. quoniã
Omnes te adoramus hi supplices.
TIR. Omnes.n.non sapitis. ego uero nunquam
Mea sic dixerim: ne tua ostendam mala.
OED. Quid ais? conscius non dices? sed cogitas
Nos prodere, & corrumpere urbem?
TIR. Egoq; meipsum, neq; te doleo. quid hæc
Aliter redarguis? non enim audies à me.
OED. Non ô malorum pessime (etenim saxi
Naturam tu certe perturbares) dices unquam:
Sed sic immadefactus, & immitis apparebis?
TIR. Iram increpasti meam: tuam uero simul
Habitantem non conspexisti, sed me uituperas.
OED. Quis enim talia non irasceretur, uerba
Audiens: quibus nunc tu hanc inhonoras urbem?
TIR. Venient.n.ipsa, etiam si ego silentio tegam.
OED. Igitur quæ uenient, & te oportet dicere mihi.
TIR. Non ultra dixerim. ad hæc si uis
Irascere per iram: quæcunque sæuissima.
OED. At qui dimittam certe nihil, quia iram teneo,
Quæ quidem intelligo. scias.n.uideri mihi
Et complantasse opus, fecisseq; quantum
Non manibus occidens: si autem fuisses uidens,
Et opus tuum hoc dixissem esse solius.

Video &c.) Perniciosa tibi ipsi percontari te video.

Mea) verba, quod ipse auguror.

Doleo) dolore ac molestia afficiam.

Perturbares) irritares.

Quia) vt nihil remittam, qua nunc sum ira percitus, quominus ea dicã quæ &c.

Nõ manibus &c.) cætera, mihi Laicędis author fuisse cędib;

T I R. *Verum . dico te edicto ,*
Quod quidem prædixisti : immanere , & à die
Præsenti alloqui neque hos , neque me :
Vt existenti terræ huius impio piaculo.
O E D. *Sic impudenter emouisti hoc*
Verbum? & ubi hoc effugere putas?
T I R. *effugi . uerum .n. fortius nutrio.*
O E D. *A quo doctus ? non .n. ex arte.*
T I R. *A te . tu .n. me inuitum hortatus es dicere.*
O E D. *Quem sermonem? dic rursus, ut magis discã.*
T I R. *Non intellexisti ante , an tentas dicere?*
O E D. *Non ut dicam cognitum : sed rursus dicito.*
T I R. *Interfectorẽ te dico hominis, cuius quæris, esse.*
O E D. *Sed non gaudens , bis nocumenta dices.*
T I R. *Dicam quid sane & alia, ut irascaris plus?*
O E D. *Quantum quidẽ uis , quia frustra dicentur.*
T I R. *Oblitum esse te dico , cum charißimis*
Turpißime conuersantem , neq; uidere ubi sis mali.
O E D. *An etiam lætatum hæc semper dicturũ putas?*
T I R. *Siquidem aliqua est ueritatis potentia.*
OED. *Sed est, præterq̃. tibi . tibi autẽ hoc nõ ẽ, quoniã*
Cæcus & aures , & mentem , & oculos es.
T I R. *Tu autẽ miser certe hæc exprobrãs: quæ tibi*
Nullus , qui non horum exprobrabit cito.
O E D. *Vna nutriris à nocte : ut neque ego,*
Neque alius , qui lumen uidet , insp iciat unquam.
T I R. *Non .n. me fatum à te cadere : quoniam*
Sufficiens Apollo , cui hæc perficere sunt curæ.
O E D. *Creontis , an tua hæc inuenta?*
T I R. *Creon autẽ tibi damnũ nullũ, sed ipse tu, tibi.*

videris, præterquã quod manu ipse tua non occidisti: quod si &c.

Cuius) interfector: supple.

Oblitum) ignorasse, latuisse vel inscium eum matre rem habuisse.

Nullus) est. s.

OED. O diuitiæ, & Tyrannis, & ars artis
Excellens beatißima uita,
Quanta apud uos inuidia seruatur:
Si huius imperij causa, quod mihi ciuitas
Donatum, non petitum tradidit:
Hoc Creon ille fidelis, ille à principio amicus,
Clam me subiens eijcere desyderat,
Subornans magum hunc improba machinantem,
Dolosum præstigiatorem: qui in lucris
Solum uidet, arte autem natus est cæcus.

Quãdoquidẽ) at'r namque.
Quandoquidẽ, age dic, ubi tu uates es manifestus?

Poetria) cãtatrix sphinx.
Quomodo non, quando poëtria hic erat canis:
Dixisti aliquam his ciuibus solutionem?

Accidentis) uulgaris, idiotæ, rudis cuiusuis hois.
Atqui illud ænigma, non accidentis erat
Hominis declarare, sed uaticinio opus erat:
Quod neque ab augurijs tu præmonstrasti habens,
Neque ex deorum aliquo cognitum: sed ego ueniens

Illam) sphingẽ.f.
Nihil sciens Oedipus, compescui illam
Mente assecutus, neq; ab augurijs discens:
Quem tu tentas eijcere, putans thronis:
Astaturum Creonteis, prope.

Componens) qui hęc cõposuit, cõmentus machinatus est.
Lugens uideris mihi & tu, & componens hæc
Regnaturus. si autem non uisus fuisses senex
Esse: passus cognouisses, qualia quidem sapis.
CHO. Nobis quidem conijcientibus, & huius uerba
Ira dicta esse, & tua Oedipe uidentur.
Opus est autem non talibus, sed quomodo dei
Vaticinia optime soluamus, hoc consyderare.

Certe) tamen
TIR. Et si dominaris adæquandum, certe
Aequa contradicere: hoc.n. & ego possum.

Non.n.tibi uiuo seruus, sed Apollini.
Quare non Creontis præsidentis scribar.
Dico autem postquam & cæcum me exprobrasti:
Tu & uidisti, & non aspicis ubi sis mali,
Neque ubi habitas, neque quibus habitas cum.
Num nosti à quibus es, & oblitus es inimicus existẽs Oblitus es) ignorasti, te latuit impium fuisse & in vita functos, & viuos.
Tuis ipsius infra, & in terra supra?
Et te utrinque percutiens matrisq; & tui patris
Expellit tandem ex terra hac grauis imprecatio,
Videntem nunc quidem recte, deinde autem tenebras?
Clamoris autem tui, quis non erit portus? Portus) locus tui clamoris non plenus.
Quis Cithæron non concors cito:
Quando persenseris hymenæũ, quem domibus (cutus?
Malũ portũ habẽtẽ adnauigasti, bonã nauigationẽ asse
Aliorum autẽ multitudinem non sentis malorum,
Quæ te adæquabunt tibiq; & tuis liberis.
Ad hæc & Creonta, & meum os
Vitupera. te enim non est mortalium,
Peius qui peribit unquam. Peribit) a̅r in malis versetur.
OED. *An hæc uerò tolerabilia ab hoc audire?*
Non in perniciem? non citius? non rursus
Retro domibus his reuersus abibis?
TIR. *Neque uenissem ego certe, si tu non uocasses.*
OED. *Non.n.te sciebam fatua locuturum. quoniam*
Tarde te domos meas accersiuissem. Tarde) a̅r, nũq̃
TIR. *Nos tales nati sumus, ut quidem tibi uidetur,*
Fatui: parentibus autem, qui te genuerũt, prudentes.
OED. *Quibus? mane. quisnã me generat mortaliũ?*
TIR. *Hæc dies generabit te, & corrumpet.*
OED. *Vt omnia ualde obscura, & ignota dicis.* Vt) q̃

T I R. *Igitur tu hæc optimus inuenire natus es.*
O E D. *Talia uitupera, quibus me inuenies magnũ.*
T I R. *Ipsa certe quidem te fortuna perdidit.*
O E D. *Sed si urbem hanc saluaui, nõ mihi curæ est.*
T I R. *Abeo itaq;, & tu puer fer me.*

Fer) duc
Impedimentũ) impedimento existẽs
Motus) digressus non amplius me iritaueris.

O E D. *Ferat sane. quia præsens tu certe impedimẽtũ*
Turbas: motusq; non doleas plus.
T I R. *Effatus abeo, quorum causa ueni, non tuam*
Veritus faciem: non.n.est, ubi me perdas.
Dico autem tibi. hominem hunc quem dudum
Quæris, minans, & edicens cædem
Laieam: hic est hic,

Innatus) indigena

Hospes sermone, inquilinus, deinde autem innatus
Apparebit Thebanus, neque lætabitur
Calamitate. cæcus.n.ex uidente,
Et pauper pro diuite, peregrinam ad

Sceptro) sceptrum aut scipionem feres, nobilitatis tuæ symbolũ, quodq; e rege mendicus sis factus.

Sceptro demonstrans, terram proficiscetur.
Apparebit autem filijs sui ipsius conuersatus
Frater ipse, & pater, & ex qua natus est
Muliere, filius & maritus, & patris
Adulterq;, & occisor. & hæc profectus
Intro consydera: & si deprehendes me mentitum,
Dicas me iam uaticinio nihil sapere.
C H O. *Quis, quem uaticinatrix*

Delphica petra) delphicus uates

Delphica dixit petra,
Secreta secretorum perfecisse
Homicidis manibus?

Tempus) est. f.
Fortius) uelocius.

Tempus, illum uelocibus equis
Fortius fuga pedem mouere.
Armatus enim in ipsum

Vulnerat
Igne & fulguribus
Iouis filius. graues
Autem simul sequuntur parcæ non errantes.
Resplenduit.n.niuosi
Nuper apparens fama Parnasi,
Obscurum hominem quælibet uestigare.
It enim per agrestem syluam,
Perq; antra, & petras ut taurus:
Otiosus otioso pede uiduus,
In medio posita terræ fugiens
Vaticinia: hæc autem semper uiuentia circunuolant.
Grauia quidem igitur, grauia perturbat
Sapiens auspex
Neque credibilia, neque incredibi=
Lia. quid dicam autem, dubito.
Volo autem spe,
Neque huc respiciens, neque retro.
Quæ.n.uel Labdacidis, uel filio
Polybi contentio posita est?
Neque ante unquam ego,
Neque in præsenti didici
A qua
Experientia, ad aduentitiam
Famam uado Oedipodis,
Labdacidis auxiliator
Incertarum cædium.
Sed quidem certe Iuppiter, & Apollo,
Prudentes, & res mortalium scientes.
Hominum autem, quod uates

Iouis filius) vates Apollo.

Niuosi) a niuoso Parnaso

Obscurũ) ignotũ

Otiosus &c.) miser misero, pede, solus, ac ignotus plane omnibus.

Perturbat) mouet, indicat, detegit.

Volo) &c. incertus, ambiguus sum

Posita est) fuit

Plus, quàm ego, ferat:
Iudicium non est uerum.
Sapientia autem sapientiam
Permutaret) præstaret. Permutaret uir:
Sed nunquam ego sanè, priusquam uide=
Indignantes) accusantes. Rem rectum uerbum indignantes
Affirmarim. manifesta enim
Puella) sphinx Ad ipsum pennata uenit puella
Olim, & sapiens uisus est,
Experientiaq; iucundus uerbi. propterea
A mea mente non un=
Quam debebit uitium.
C R E. Viri ciues, grauia uerba audiens
Accusare me Tyrannum Oedipum,
Adsum non ferens. si enim in calamitatibus
Præsentibus putat à q; me passum esse,
Sermonibus siue operibus in damnum ferens:
Non uitæ mihi longæuæ desyderium
Ferenti hanc famam. non.n.in simplex
Damnum mihi sermonis huius fert:
Sed in maximum, si malus quidem in ciuitate,
Malus autem à te, & amicis uocabor.
C H O. Sed uenit quidem hoc opprobrium forte
Ira coactum magis, q̃ uoluntate mentium.
C R E. A quonam apparuit, meis uoluntatibus quòd
Parens) persuasus Parens uates sermones falsos diceret?
C E O. Dicebat quidem hæc: noui autẽ nõ mẽte qua.
C R E. Ex uisibus rectis autem, & ex recta mente
Accusabat crimine hoc me?
C H O. Non noui. quæ.n. faciunt imperãtes, nõ uideo.

Ipse autem hic iam domos extra uenit.
OED. O *tu, quomodo huc uenisti? an tantam habes*
Audaciæ faciem, ut ad mea tecta
Peruenias, homicida existens huius ho-
Minis manifeste,
Latroq; manifestus mei imperij?
Age dic per deos, ignauiam, an fatuitatem
Videns aliquam in me, hæc consuluisti facere?
An, opus ut non cognoscerem tuum hoc
Dolo adueniens, & non arcerem discens? Discens) sciens
An non fatuus est hic conatus tuus,
Sineq; multitudine, & amicis imperium Tyrannis
Venari: quod multitudine pecunijsq; capitur?
CRE. *Nosti ut facturus? pro his dictis*
Aequa contra audito, & deinde iudica ipse discens.
OED. *Dicere tu grauis, discereq; ego malus*
A te: inimicum enim, & grauem te inueni mihi.
CRE. *Hoc ipsum nunc à me primum audi, ut dicam.*
OED. *Hoc ipsum, ne mihi dic, quòd non es malus.*
CRE. *Si sanè putas possessionem pertinaciam*
Esse aliquam mente seorsum, non recte sapis. "
OED. *Si putas homini cognato male* "
Faciens, non laturum supplicium, non bene sentis. "
CRE. *Confiteor tibi hæc iusta dicta esse: hanc autē*
Passionem, quam dicis passum, doce me.
OED. *Suasisti, an nō suasisti? quòd necessitas, me ad* Necessitas) necesse foret.
Venerabilem uatem hominem mittere aliquem?
CRE. *Et nunc adhuc idem sum consilio.*
OED. *Quantum nam iam sanè Laius tempus?*
CRE. *Fecit quod opus? non.n.intelligo.*
OED. *Obscurus perit lætali manu.*

CRE. *Longa antiquaq; dimetirentur tempora.*
OED. *Tunc igitur uates hic erat in arte?*
CRE. *Sapiēs certe similiter, & ex æquo honoratus.*
OED. *Meminit igitur mei quidq̃ illo tūc in tēpore?*
CRE. *Non, me certe stante nullibi prope.*
OED. *At non perscrutationem mortui habuistis?*
CRE. *Habuimus, quō autem nō? & nō audiuimus.*
OED. *Quomodo igitur tūc hic sapiēs nō dixit hæc?*
CRE. *Non noui. in quibus.n.nō sapio, tacere soleo.*
OED. *Tantum certe nosti, & diceres bene sentiens.*
CRE. *Quodnā hoc? si.n.noui certe, non negabo.*
OED. *Propterea quod si nō tecum conuenisset, meas*
Laij corruptiões) me lai īterfectorē *Nunquam dixisset Laij corruptiones.*
CRE. *Si quidem dicit hæc, ipse nosti. ego autem à te*
Discere iustum censeo hæc, quæ quidē & à me tu nūc.
OED. *Edisce, non.n.interfector deprehendar.*
CRE. *Quidnam sororem meam uxorē ducēs habes?*
OED. *Negatio non inest eorum, quæ interrogas.*
CRE. *Imperas autē illi eadem, terræ æquū regens?*
OED. *Quæ fuerit uolens, omnia à me accipit.*
CRE. *Igitur adæquor uobis ego duobus tertius.*
OED. *Hic enim & malus appares amicus.*
CRE. *Non, si dederis certe, ut ego tibi ipsi, rationē.*
Consydera autem hoc primum si quemquam existimas
Imperare eligere cum timoribus magis, q̃ (imperia.
Imperterritum dormientem, si quidem eadem habebit
Ego quidem igitur neq; ipse cupiens natus sum
Tyrannus esse magis, q̃ imperata facere,
Neq; alius quicunq; sapere scit.
Nunc quidem.n.ex te omnia sine metu fero:

Si autem

Si autem ipse imperassem, multa & inuitus facerem.
Quomodo sanè mihi tyrannis iucundior habere,
Imperio sine molestia & potentatu nata est?
Nondum tantum deceptus existo,
Vt alia uelim, quàm quæ cum lucro bona.
Nunc omnibus gaudeo. nunc me quilibet amplectitur.
Nunc tui indigentes inuocant me:
Nam assequi ipsis omnia hic inest.
Quomodo sanè ego illa acciperem dimittens hæc?
Non fieret mens mala, rectè sapiens.
Sed neque amator huius uoluntatis natus sum,
Neque cum alio faciente tolerarem unquam.
Et horum indicem, hoc quidem, ad Pythonem profectus
Interroga, uaticinata an manifestè annunciaui tibi
Hæc. sed si me uati deprehendes
Communiter quid consuluisse, ne me simplici occidas
Suffragio, duplici autem, & meo, & tuo accipiens.
Sententia autem obscura ne me seorsum accusa.
Non. n. iustum, neque malos frustra ”
Bonos existimare, neque bonos malos. ”
Amicum. n. bonum eijcere, æquale dico, ”
Et apud seipsum uitam, quam plurimum amat. ”
Sed in tempore cognosces hæc tuto. quoniam
Tempus iustum hominem ostendit solum: ”
Malum autem, & in die cognosceres una. ”
CHO. Rectè dixit suspicanti cadere
Rex. sapere. n. celeres, non tuti.
OED. Quando celer quis insidians furtim
Incedat, celerem oportet & me consulere rursus.
Si autem quiescens expectabo, huius quidem

Quomodo &c.) quonam pacto iucundior mihi fuerit tyrãnis, metus ac molestię plena, q̃ &c.
Deceptus) tam stultus
Hic) in me
Accipiens) fallacẽ deprehẽsum. si me mentitũ inueneris
Amicũ &c.) æque graue crimen esse censeo, si quis amicũ bonũ ab se abalienauerit, ac si suam ipsius vitam prodat.

Mea) mea vero defensio erit irrita

Perfecta erunt, mea autem, peccata.
C R E. *Quid sane uis, à me terram extra eijcere?*
O E D. *Minime. mori, non exulare, te uolo.*
C R E. *Quando praeostenderis, quale est inuidere.*
O E D. *Vt non cessurus, & non crediturus dicis?*
C R E. *Non enim sapientem te recte inspicio.*

Meũ) inspicio.s. vel saluti quidem me; consulo.

O E D. *Meum quidem.*
C R E. *Sed ex aequo oportet & meum.*
O E D. *Sed natus es malus.*
C R E. *Si autem intelligis nihil?*
O E D. *Imperandum est tamen.*

Non &c.) a male quidẽ imperante.

C R E. *Non male imperantis.*
O E D. *O ciuitas, ciuitas.*
C R E. *Et mihi urbis pars est huius, non tibi soli.*
C H O. *Cessate reges. opportunam autem uobis uideo*
Hanc ex domibus uenientem Iocasten: cum qua

Debitũ) oportet cõponere, sedare.

Hanc nunc praesentem cõtentionẽ bene ponere, debitũ.
I O. *Quid hanc inconsultam ò miseri, seditionem*
Linguae eleuatis, neque uerecundamini terra

Mouentes) altercantes

Ita aegrotante, propria mouentes mala?
Non is tuq; domos, tuq; Creon per tecta?
Et ne nihil dolorem in magnum feratis.
C R E. *Soror, grauia mihi Oedipus tuus maritus*
Facere uult, duobus condemnans malis:
Vel terra expellere patria, uel interficere capiens.
O E D. *Confiteor, facientem.n.illũ ò mulier male*
Deprehendi meo corpori cum arte mala.

Execratus) deuotus

C R E. *Ne nunc adiuuer, sed execratus: si tibi quid*
Feci: peream, eorum quae accusas me fecisse.
I O. *O per deos credito Oedipe haec,*

Maxime quidem iusiurandum ueneratus deorum:
Deinde & me, hosq;, qui adsunt tibi.
C H O. *Pare uolens, sapiens=*
Que rex, supplico.
O E D. *Quid tibi uis sanè cedam?*
C H O. *Hunc nunquam prius fatuum*
Nuncq; in iuramento magnum
Reuerere.
O E D. *Nosti igitur quæ uis?*
C H O. *Noui.*
O E D. *Dic iam, quid ais?*
C H O. *Sacrum amicum modo unquam in culpa,* — Sacrum &c.) dico nō eijciūdum esse amicum &c.
Cum obscura ratione inhonoratum eijcere.
O E D. *Bene nunc scias, hæc quando quæras, mihi*
Quærens mortem, uel exilium ex hac terra.
C H O. *Non per omnium deorum*
Promum solem: — Promum) omnia videntem.
Quoniam impius, amicis carens,
Quod ultimum, peream, — Quod &c.) pessime
Sententiam si hanc habeo:
Sed mihi infelici
Terra corrupta uexat animam.
Et hæc si malis mala
Adaptabunt antiquis illa à uobis. — Adaptabunt) accesserint.
O E D. *Ille igitur eat, etsi oportet me funditus mori,*
Vel terra inhonoratum hac expelli ui.
Nam tuum, non huius, commiseror os
Miserabile. hic autem ubicunq; fuerit, odio habebitur.
C R E. *Tristis quidē cedens, manifestus es: grauis aūt,* — Tristis) Inuitū cessisse præ te fers
Iram pertransibis. hæ autem tales naturæ, (quando — Pertransibis) pereris.

Ipsis iuste sunt molestißimæ ferre.

O E D. *Non me relinques, & extra ibis?*

C R E. *Ibo*

Ignotum) consilij. & animi ignarum inci.

Te quidem assecutus ignotum, in autem his æqualis.

C H O. *Mulier, quid moraris ferre*

Domos hunc intra?

Discens) abducā eum. scum intellexero &c.

I O. *Discens certe, quæ fortuna.*

C H O. *Opinio ignorata sermonum*

Venit: deuorat autem &

Non iustum) falsa accusatio.

Non iustum.

I O. *Vtrisque ab ipsis?*

C H O. *Næ.*

I O. *Et quis erat sermo?*

Satis &c. Satis verborum mihi factū videtur &c.

C H O. *Satis mihi certe, satis, terra prælaborante*

Apparet, ubi finiuit, ibi manere.

O E D. *Vides, quò uenis, bonus existens mente uir:*

Meum pertransiens, & obtundens cor?

C H O. *Rex dixi quidem non se-*

Mel tantum. scias autem

Imprudentem, dubium

Ad prudentia apparuisse

Me, si te separo:

Qui & meam terram dilectam

In laboribus lugentem

Per rectum saluasti,

In præsentiq; bonus dux, si poßis, esto.

Cuiusnā &c.) quanam de causa tantopere Creōti succenseas.

I O. *Per deos doceto & me rex, cuiusnam*

Iram tantam rei statuens habes.

O E D. *Dicam (te enim his ad plus mulier colo)*

De Creonte, qualia mihi consulens habet.

IO. *Dic, si manifeste contentionem dices.*

OED. *Interfectorem me ait Laij fuisse.*

IO. *Ipse conscius, an discens alio ab?*

OED. *Vatē quidē igitur sceleratū admittēs, quoniā*
Quantum in seipsum, omne liberum facit os.

IO. *Tu nūc dimittens teipsum, ijs, quæ dicis, de*
Me exaudito, & disce, quòd est tibi
Humanum nihil uaticinatricis habens artis.
Ostendam autem tibi signa horum breuia.
Oraculum.n.uenit Laio olim, non dicam
Phœbo certe ab ipso, uerum ministris ab:
Quòd ipsum ueniet parca à filio mori,
Qui fieret meq; & illo ab.

Quod &c.) fatale esset, ipsum aliquā do à filio interfectum iri.

Et hunc quidem (quemadmodum fama) hospites olim
Latrones occidunt in triplicibus uijs.
Filium autem generans, non præterierunt dies
Tres, & illum membra ille iniungens pedibus,

Filium &c.) filiū autem cū suscepisset, genuisset

Proiecit aliorum manibus in inaccesibilem montem.
Et hinc Apollo neque illum fecit
Interfectorem fore patris, neque Laium
Illud graue, quod timebat, à puero mori.
Talia famæ uaticinatrices diffinierunt.
Quæ cures tu nihil: quòrum enim deus
Vsum perscrutatur, facile ipse ostendet.

OED. *Qualis me audientem nuper habet mulier,*
Animæ error, & commotio mentium.

IO. *A qua meditatione hoc conuersus dicis?*

OED. *Visus sum audire à te hoc, quòd Laius*
Occisus fuerit apud triplices uias.

IO. *Dicebantur.n.hæc, nondum finientia habent.*

Finientia) nondū

funt exitum, atq; euentum affecuta. O E D. Et ubinam est locus hic, ubi hæc fuit paßio?
I O. Phocis quidem terra uocatur: discissa autẽ uia
In idem Delphis, & à Daulia agit.
O E D. Et quod tempus his est præteritum?
I O. Ferè quid prius, quàm tu hanc habens terram
Imperium apparuisti: hæc uulgata fuere urbi.
Me) de me — O E D. O Iuppiter, Quid me facere cõsuluisti de?
I O. Quidnam est tibi hæc Oedipe cogitatio?
O E D. Nondum me interroga. sed Laium, naturam
Habens) erat. f. — Quam habuit, dic, quemq; florem ætatis habens.
I O. Magnus, pubescens nuper canum caput:
Forma autem tua non discrepabat multum.
O E D. Hei mihi miser, uideor meipsum in maledi-
Graues proijciens nuper, non scire. (ctiones
Ante te) alliter lõgius. — I O. Quõ dicis? timeo certe ante te explorans rex.
O E D. grauiter timeo, ne uidens uates sit.
Ostendes autem magis, si unum dixeris adhuc.
I O. Atqui timeo quidem. quæ autẽ dixeris, sciẽs dicã.
Paucus) cũ paucis. — O E D. Vtrum ibat paucus, an multos habens
Viros manipulares, ueluti uir dux?
I O. Quinque fuere uniuersi, inq; ipsis erat
Præco. rheda autem ducebat Laium una.
O E D. Heu, heu, hæc iam manifesta: quis fuit olim
Dicens) qui dixit — Ille hos dicens sermones uobis mulier?
I O. Domesticus qdã, qui quidẽ uenit saluatus solus.
O E D. An & in domibus existit in præsenti præsens?
I O. Non sanè. ex quo. n. illinc uenit, & imperia
Teq; uidit habẽtem, Laiumq; mortuum:
Supplicauit meam manum attingens
Ad agros illum mittere, & ad armentorum pascua:

Vt plurimum eſſet huius non uiſus urbis.
Et *miſi ego illum : dignus enim ille uir*
Seruus ferre erat, hac etiam maiorem gratiam.
O E D. *Quò ueniret certe nobis in celeritate rurſus?*
I O. *Adeſt, ſed ad quid hoc cupis?*
O E D. *Timeo meipſum ò mulier, ne multa nimis*
Dicta ſint mihi, per quæ illum uidere uolo.
I O. *Sed ueniet quidem. digna autem ſorte diſcere*
Et ego, hæc in te calamitoſe habentia, rex.
O E D. *Et ne priueris in tantum ſpei*
Me ſaliente. cui enim & maiori
Dixerim, quàm tibi, per fortunam talem iens?
Mihi pater quidem Polybus fuit Corinthius,
Mater autem, Merope Dorica. habebar autem uir.
Ciuium maximus eorũ, qui illic, priusq̃ mihi fortuna
Talis aſtiterit admirari quidem digna,
Virtute ſanè mea non digna.
Vir.n.in cœnis me, ſupra modum plenus ebrietate
Vocat apud uinum, effictus quòd eſſem patri.
Et ego grauatus, illam quidem exiſtentem diem
Vix continui. altera autem profectus prope
Matrem, patremq; interrogabam. illi autem ægre
Opprobrium ducebant inquirenti ſermonem.
Et ego partim quidem illis delectabar, ueruntamen
Pungebat me ſemper illud : ſubſerpebat.n.multũ.
Clam autem matre & patre, uado
Ad Pythonem, & me Phœbus, quibus quidẽ ueneram,
Inhonoratum emiſit. alia autem miſera
Et grauia, & infortunata apparuit dicens:
Quòd matri quidem opus ſit commiſceri. genus

Vrbis) vt q̃ rariſſime in vrbe hac conſpiceretur.

Gratiam) beneficium aſſequi

Me ſaliente) cum deuenerim

Admirari) admiratione

Sane) tamen, quidem certe

Efficius) nothus.

Inquirenti &c.) al'r effato.i. qui me nothũ dixerat

Quibus) quorum cauſa

Videre)ad uidēdū *Autem intolerabile hominibus ostendere me, uidere:*
Occisor autem essem, qui genuisset, patris.
Exaudiens)cū audissem. his auditis *Et ego exaudiens hæc, Corinthiam*
Astris deinceps metiens terram
Fugi, ubi nunquam uiderem malorum
Oraculorum opprobria meorum perfecta.
Iens autem, uenio hos ad locos, in quibus
Tu tyrannum hunc perijsse dicis.
Et tibi mulier uerum dicam. triplicem
Quando fui uiam hanc aduenians prope,
Illic mihi præco & in equestri
Vir rheda insidens, ut tu dicis,
Occurrerunt: & ex uia me & dux,
Ipseq; senex uiolenter impulere:
Et ego auertentem aurigam
Percutio per iram, & me senex quando uidet
Seruans) cum obseruasset, obseruatum. *Currui accedentem, seruans medium.*
Caput duplicibus stimulis meum percußit.
Aequalē) pœnā.s. *Non tamen æqualem persoluit, sed breuiter*
Sceptro percussus ex hac manu supinus
Medio curru statim deuoluitur.
Interficio autem omnes. si autem hospiti
Cōuenit) si qua autem mihi cū Laio intercedit cognatio. *Huic conuenit Laio quid cognatum:*
Quis hoc homine est miserior?
Quis inimicus dijs magis fiat uir?
Cui non hospitum licet, neque ciuium quenquam
Domibus accipere, neque alloqui quempiam:
Repellere autem à domibus. & hæc nullus alius fuit,
Apponēs) qui apposui, qui sum in meipsum hæc imprecatus *Quàm ego, cōtra meipsum has imprecationes apponēs.*
Lectos autem mortui in manibus meis

Polluo, per quas quidem periјt. num natus sum malus?
An non totus impius? si me opportet exulare,
Et mihi exulanti, neque meos uidere
Neque ascendere patriam: uel nuptias me oportet
Matris coniugare, & patrem interficere Coniugare) matrē vxorem ducere.
Polybum, qui genuit, & enutriuit me.
An non à crudeli hæc dæmone, aliquis
Iudicans in hominem hunc corrigeret sermonem?
Non certe, non certe ò deorum pura reuerentia,
Videam hanc diem, sed ex mortalibus
Eam obscurus, priusquam talem uideam Obscurus) prius peream.
Maculam mihi ipsi calamitatis aduenientem.
C H O. *Nobis quidē ò rex hæc molesta. quoad autem*
A præsente edifcas, habe spem. (*igitur*
O E D. *Atqui tantum certe est mihi spei,*
Hominem pastorem expectare solum.
I O. *Apparentis autem, quænam promptitudo?*
O E D. *Ego docebo te. si.n. inuentus fuerit dicens*
Tibi eadem: ego certe effugerim paßionem.
I O. *Quem autem à me superfluum audisti sermonē?*
O E D. *Latrones dicebas ipsum homines dicere,*
Quòd illum interfecerint. si quidem igitur adhuc
Dicet eundem numerum: non ego interfeci.
Non.n. fieret unus multis æqualis.
Si autem hominem unum solum dicet, manifeste
Hoc est iam opus in me ueniens.
I O. *Sed ut apparens certe uerbum sic scias.*
Et non est ipsi hoc eijcere rursus:
Ciuitas.n. audiuit, non ego sola, hæc.
Si uero igitur quid auertatur priori sermone, Auertatur) si quid, immutarit

Non unquam ô rex hanc Laij cædem
Declarabit iuste rectam: quam Apollo
Dixit, oportere filio ex meo mori.
Atqui illum non ille infelix unquam
Interfecit, sed ipse antea periit.
Quare non uaticinationis neq; huc ego
Inspiciam causa, neq; hoc postea.
OED. Recte existimas, sed tamen operarium
Mittito quendam accersentem, neq; hoc dimittas.
IO. Mittam festinans. sed eamus in domos:
Nihil enim facerem, quorum non tibi amicum.
CHO. Vtinam mecum cohabitet ferente, parca
Venerabilem castitatem sermonum,
Operumq; omnium, quorum leges
Propositæ sunt excelsæ, cælestem
Per æthera genitæ. quarum
Olympus pater solus, neque illum
Mortalis natura hominum peperit,
Neque unquam obliuio sopiet.
Magnus in his deus,
Neque senescit.
Contumelia plantat tyrannum. contumelia, si
Multorum repleta fuerit frustra,
Quæ non opportuna, neque utili=
A, celsissimum inscendens præcipitium
Concitauit in necessitatem:
Vbi non pede utili utitur.
Recte autem habens urbi certamen
Nunquam soluere deum peto.
Deum non finiam unquam præsidem tenens.

Accersentem) qui accersat.

Parca) felicitas. in impios autem inuehitur chorus.

Si autem quis superbe manibus uel sermone
It, ius non timens;
Neque deorum templa colens,
Mala illum capiat parca
Infelicis gratia uoluptatis,
Si non lucrum lucratur iuste,
Et impiorum ueniet,
Vel intangibilium detinebitur stulte quærens.
Quis adhuc nam in his uir
Ira sagittas continebit
Animo repellere? si enim
Tales actiones honorabiles,
Quid oportet me chorum ducere?
Non amplius intangibilem ibo
Terræ ad umbilicum colens.
Neque ad in Abis templum,
Neque Olympiam, si non hæc
Manifesta omnibus conuenient mortalibus.
Sed ò imperans, si quidem recta audis
Iuppiter omnia regens, ne lateat te & tuum
Immortale semper imperium.
Præterita.n.Laij antiqua uatici-
Nia delentur iam, & nullibi
Honoribus Apollo clarus:
Pereunt autem diuina.
IO. *Regionis reges, opinio mihi astitit*
Templa peruenire deorum, has in manibus
Coronas accipienti, & euaporationes.
Alte enim eleuat iram Oedipus nimis
Molestijs quibuscunque, neque ut uir

Impiorum &c.) aliter, ab impijs non desistet. aut non tangenda appetet.

Prouidus, noua antiquis conijcit.

Sed est dicentis, si timores dixerit.

Quando igitur adhortans nihil ad plus facio,

Ad te ò Lycee Apollo (proximus enim es)

Supplex peruenio his cum precationibus:

Vt solutionem aliquam nobis sacram præbeas.

Quia nunc timemus omnes, perculsum

Illum inspicientes, sicut gubernatorem nauis.

Sed est &c.) sed grauia, & metus plena nunciantes tantum audit.

N V N. *An à uobis hospites discam, ubi*

Tyranni domus sunt Oedipi?

Maxime autem ipsum dicite, si scitis ubi.

C H O. *Tecta quidem hæc, & ipse intus ò hospes:*

Mulier autem mater hæc illius filiorum.

N V N. *Sed felixq;, & cum felicibus semper*

Sit, illius certe existens perfecta mulier.

I O. *Sic autem & tu ò hospes, dignus enim es*

Boniominis causa. sed dic cuius

Opus habens peruenisti, & quid significare uolens.

N V N. *Bona domibusq; tuis, & marito tuo mulier.*

I O. *Quænam hæc? à quonam adueniens?*

N V N. *Ex Corintho. hoc autē uerbū quod dicā cito,*

Lætaberis quidē. quomod aūt nō? ægrefcēs aūt forte.

I O. *Quidnam est? quam potentiam sic habet duplicem?*

N V N. *Tyrannum ipsum indigenæ terræ*

Isthmiæ statuent: ut dicebatur ibi.

Duplicem) quod lætitiam, & molestiam forte simul allaturum dicis

I O. *Quid uero nō senex Polybus dominus amplius?*

N V N. *Non sanè. quoniā illū mors in sepulchris hēt.*

I O. *Quomodo dixisti? an mortuus est Polybus?*

N V N. *Si autem non*

Dico ego uerum, uolo mori.

IO. O ancilla, non domino hæc quamcelerrime
Abiens dices ? o deorum uaticinia,
Vbi estis ? hunc Oedipus pridem tremens
Hominem fugit, ne interficeret, & nunc hic
A fortuna perijt, neq; hoc ab.
OED. O charissimum uxoris Iocastæ caput,
Quid me ex accersisti huc domibus?
IO. Audi hominem hunc, & consydera audiens,
Veneranda quò ueniunt dei uaticinia.
OED. Hic autem quisnam est, & quid mihi dicit?
IO. Ex Corintho patrem tuum nuntians
Tanquam non amplius existentẽ Polybũ, sed mortuũ.
OED. Quid ais hospes? ipse mihi tu significator fias.
NVN. Si hoc primũ oportet me nuntiare manifeste,
Bene scias illum lætalem iuisse.
OED. Vtrum dolis, an morbi conciliatione?
NVN. Parua, antiqua corpora sopit lanx.
OED. Morbis infelix, ut uidetur, corruptus est.
NVN. Et longo quidem commensus tempore.
OED. Heu, heu, quidnã ò mulier cõsyderaret quis
Pythicum larem, uel illas supra
Vociferantes aues ? quorum auspicijs ductus ego
Interfecturus eram patrem meum. ille autem mortuus
Occultatur subtus terrã. ego autem ille hic
Non tangens hastam: si quid non meo desyderio
Perijt. sic autem mortuus esset ex me.
Hæc igitur præsentia corripiens uaticinia
Iacet apud infernum Polybus, dignus nullo.
IO. Non ego tibi hæc prædixi pridem ?
OED. Dixisti. ego autem timore impellebar.

Abiens) profecta

Lætalẽ &c.) suũ diem obijsse.

Antiqua) longæua, senilia.

Non tangens) ego vero hic agẽs nõ eum ferro occidi; nisi si quis forte dicat, illius me mortem appetiuisse: atque eo quidẽ pacto a me interemptum.

I O. *Ne nunc amplius ipsorũ quicquã in animũ iacias.*
O E D. *Et quõ matris lectum non timere me oportet?*
I O. *Quidnam timeat homo, cui, quæ sunt fortunæ,*
Superant? prouidentia autem est nullius manifesta.
Temere optimum uiuere, quemadmodũ poßit quis.
Tu autem in matris ne time sponsalia.
Multi enim iam & insomnijs mortalium
Matri commisti fuere: sed hæc cui
Pro nihilo sunt, facillime uitam fert.
O E D. *Recte omnia hæc dicta fuissent tibi,*
Si non esset uiuens, quæ peperit. nũc autẽ postquam
Viuit, omnis neceßitas, & si recte dicis, timere.
I O. *Atqui magnus oculus, patris sepulchra.*
O E D. *Magnus, scio: sed uiuentis timor.*
N V N. *Qua autem & muliere timere pro?*
O E D. *Merope senex: Polybus qua habitabat cum.*
N V N. *Quidnam est illius uobis in timorem ferens?*
O E D. *Diuinum uaticinium graue, ô hospes.*
N V N. *An dicibile? an non fas alium scire?*
O E D. *Maxime certe. dixit.n.me Apollo olim*
Oportere commisceri matri meæ ipsius, &
Patrium sanguinem manibus meis haurire:
Quorum causa Corinthus à me pridem
Longe habitata fuit: feliciter quidem, sed tamen
Parentum oculos iucundißimum uidere.
N V N. *Nunquid hæc timens illinc fuisti exul?*
O E D. *Patrisq; uolens non interfector esse, senex.*
N V N. *Quid sanè, ego non hoc timore te rex,*
Quandoquidem beneuolus ueni, liberaui?
O E D. *Atqui gratiam certe dignam accipies à me.*

Quę sunt &c.) fortuna ipsa secunda est.

Omnis &c.) omnino timendũ est.

NVN. Atqui maxime hoc ueni, ut
Te ad domos ueniente prospere agam.
OED. Sed nunquam ibo parentibus simul.
NVN. O fili, aperte es manifestus, nesciēs quid facias.
OED. Quomodo ô senex? per deos edoce me.
NVN. Si horum fugis causa, in domos uenire.
OED. Timēs certe ne mihi Phœbus ueniat manifestus.
NVN. An, ne piaculum parentum accipias?
OED. Hoc ipsum senex, hoc me semper deterret.
NVN. Nunquid scis sanè iure nihil tremens?
OED. Quō aūt nō, filius si horū genitorū natus sum?
NVN. Propterea quod fuit tibi Polybus nihil in gñe.
OED. Quō dixisti? non.n. Polybus genuit me?
NVN. Non magis quicquam hoc homine, sed æque.
OED. Et quomodo, qui genuit, ex æquo nulli?
NVN. Sed non te genuit neque ille, neque ego.
OED. Sed pro quo filium me nominabat?
NVN. Donū olim scias mearum manuum accipiens. Accipiens) accepisse.
OED. Deinde sic ab alia manu amabat ualde?
NVN. Nam prius ipsum persuasit orbitas.
OED. Tu aūt uēdidisti, an generās me ipsi tradidisti?
NVN. Inueniens syluosis in Cithæronis finibus. Inueniens) inuētū
OED. Pergebas autem quid ad hos locos?
NVN. Illic montanis armentis præsidebam.
OED. Pastor ne fuisti, & pro mercede errans?
NVN. Tui certe fili saluator illo tunc in tempore.
OED. Quem dolorem habentem in malis me accipis?
NVN. Pedum articuli testificarentur tui.
OED. Hei mihi. quid hoc uetus dicis malum?
NVN. Soluo te habētē penetratas pedū summitates.

O E D. *Graue certe opprobrium fasciarum tuli.*
N V N. *Quare nominatus fuisti ex fortuna hac, qui es.*
O E D. *O per deos a matre an patre? dicito.*
Dans) qui te mihi dedit, N V N. *Non noui. dans autem hæc me melius sapit.*
O E D. *An ab alio me accepisti, neque ipse incidens?*
N V N. *Non, sed pastor alius dat mihi.*
O E D. *Quis hic? an nosti declarare sermone?*
N V N. *Illorum Laij sanè quis appellabatur.*
O E D. *An domini huius terræ iampridem olim?*
N V N. *Maxime huius hominis hic erat pastor.*
O E D. *Est quis uestrum aßistentium prope,*
Qui nouerit pastorem, quem dicit:
Siue certe in agris, siue hic intuitus?
Significate, quia tempus inueniri hæc.
C H O. *Puto quidem nullum alium, quàm ex agris,*
Quem & inquirebas ante, uidisse. sed
Hæc ista non minime Iocasta dixerit.
O E D. *Mulier, nosti illum, quem nuper*
Venire iußimus, quemq; hic dicit?
I O. *Quis autem, quem dixit? nihil cures, quæ uero*
Dicta, uelis neque meminisse frustra.
Accipiens) cum acceperim. O E D. *Non fit hoc, ut ego accipiens*
Signa talia non demonstrem meum genus.
I O. *Ne per deos, si quidquam de tua ipsius uita*
Curas, requiras hoc. satis ægrotans habeo.
O E D. *Confide, tu quidem enim, neq; si ex tertia ego*
Matre apparebo ter seruus, apparebis mala.
Non parere) nūq̃ adduci potero, vt tibi paream, prius q̃ hæc probe resciuero. I O. *Tamen pare mihi supplico, ne fac hæc.*
O E D. *Non parerem, non hæc ediscere manifeste.*
I O. *Atqui sapiens certe bene, optima tibi dico.*

Optima

OED. Optima itaque haec me molestant pridem.
IO. O infortunate. utinã nũquã cognitus fuisses, q̃ es.
OED. Ducet quis ueniens huc pastorem mihi:
Hanc autem sinite diuiti gaudere genere.
IO. Heu, heu infelix. hoc enim te habeo
Solum alloqui, aliud autem nunquam postea. Solum) postremũ te nunc alloquor.
CHO. Quidnam abijt ò Oedipe ab agresti
Concitata molestia mulier? timeo ut
Non ex silentio hoc aperiat mala.
OED. Quae uult, aperiat. meum autem ego,
Et si paruum est semen, uidere uoluero.
Ipsa autem forte (sapit enim ut mulier ualde)
Ignobilitate mea uerecundatur:
Ego autem meipsum filium fortunae putans
Illius, bene quae dedit, non inhonorabor.
Hac.n.natus sum matre, & cognati Hac) fortuna
Menses me paruum & magnum diffinierunt.
Talis autem natus non exierim amplius
Vnquam aliò, ut non ediscam meum genus.
CHO. Si quidem ego uates sum,
Et secundum mentem sciens,
Non per Olympum inexpertus
O Cithaeron non fueris
Crastinum plenilunium.
Non te & patriotam
Oedipi, & nutritorem, &
Matrem augere, & celebrari
A nobis, ut amabilia
Ferentem meis dominis.
Sagittarie Phoebe, tibi autem haec placita sint.

Quis te fili, quis te peperit
Longæuorum? num

Appropinquans) et quid aliqua panos, aut Apollinis filia alicui coniuncta peperit? Cyllene &c.) Mercurius.

Panis per montes incedentis appropinquans?
An te aliqua filia Apollinis?
Huic enim rupes agrestes
Omnes amicæ. siue Cyllene
Imperans, siue Bacchicus deus
Habitans in summis montibus
Inuentum suscepit, ex aliqua nympharum
Heliconiadum: quibus plurima colludit?

Conciliatum dũ) nondũ cõgressum

O E D. Si oportet quid & me non conciliatum dum
Senes ponderare, pastorem uidere uideor:
Quem quidem pridem quærimus. inq; enim longa
Senectute concordat, huicq; homini æqualis.
Alioquiq; ducentes, quemadmodum sei uos

Scientiæ &c.) tu vero melius me. noris &c.

pastor

Cognoui meos ipsius. scientiæ uero tu meæ
Præstes, forte alicubi pastorem intuitus ante.
C H O. Noui.n.manifeste scias. Laij.n.fuit
Siquidem quis alius fidelis, ut pastor uir.h
O E D. Te primum interrogo Corinthiũ hospitem,
An hunc dicis?
N V N. Hunc, quem quidem intueris.
O E D. O tu senex huc mihi loquere aspiciens.
Quæcunque te interrogo. Laij olim fuisti tu?
S E R. Fui seruus non emptus, sed domi nutritus.
O E D. Opus excercens quod, uel uitam quam?
S E R. Armenta plurimum uitæ sequebar.
O E D. Locis maxime in quibus cohabitator existẽs?
S E R. Fuit quidẽ Cithæron, fuit & cõuicinus locus.

Discens) cognitũ

O E D. Hominẽ hunc igitur nosti hic alicubi discẽs?

SER. Quam rem agentem? quē hominem etiā dicis?
OED. Hunc, qui adest. an conciliasti dum? An &c.) vnq; ne cum illo es congressus, aut versatus?
SER. Non ut dicam in breui, memoria à.
NVN. Et nulla certe admiratio dñe. sed ego clare
Ignorantem meminisse faciam illum. bene. n. scio, quòd
Pernouit: quando Cithæronis locum
Hic quidem duplicibus armentis, ego autem uni
Appropinquabam huic homini tria tota Appropinquabā) versabar.
A uere ad Arcturum menstrua tempora.
Hieme autem iam, meaq; in stabula ego
Abigebam: hiq; in Laij stationes.
Dico quid horum, an non dico factum?
SER. Dicis uera, & quamuis ex longo tempore.
NVN. Age dic nunc. tunc nosti, puerum mihi aliquē
Dans, ut mihi ipsi alumnum educarem ego? Dans) dedisse
SER. Quidnam est? ad quid hoc uerbū interrogas?
NVN. Hic est ò amice ille, qui tunc erat iuuenis.
SER. Non in perniciem? non tacens eris?
OED. Ah. ne puni senex hunc, quoniam tua Puni) obiurga
Indigent punitoris magis, quàm huius uerba.
SER. Quid ò optime dominorum pecco?
OED. Non dicens puerum, quem hic interrogat.
SER. Dicit. n. sciens nihil, sed frustra laborat.
OED. Tu ad gratiā quidē nō dices, lugens aūt dices.
SER. Ne sane per deos senem me flagellaueris.
OED. Nō quàcelerrime quis huius auertet manus?
SER. Infelix. pro quo? quid uolens intelligere?
OED. Puerum dedisti huic, quem hic interrogat?
SER. Dedi. perire autem debuissem hac in die. Perire &c.) vtinā perijssem
OED. Sed ad hoc uenies, non dicens certe iustum. Ad hoc) i. peribis

SER. Multo certe magis, si dicam, pereo.
OED. Vir hic, ut uidetur, in dilationes uadit.
SER. Non sane ego, sed dixi, quòd dederim pridem.
Neque intolerabilem uirum intuitus
Inutilem gratiam teneam aliquo modo.
Iuppiter surge, tibi loquor.
OED. Num prope uir? an adhuc animatum filiæ
Consequetur me, & erectum mentem?
CHO. Quidnam uelles fidele inijcere menti?
OED. Pro ijs quæ passus sum bene, perfectam gratiã
Dare illi: quam quidem existens promiseram.
CHO. Iò fili, ueni, ueni: siue summam
Ad petram marino
Neptuno deo existis,
Sacrificatorium larem sanctificans, ueni.
Nam hospes te & urbi
Et amicis uult
Iustam gratiam præbere passus.
Propera ò rex.
THE. Quis rursus à uobis cõmunis sonat strepitus,
Manifestus quidẽ ipsorũ, manifestusq; huius hospitis?
Num aliquod Iouis fulmen, an aliqua pluuia
Grando erumpens? omnia enim dei
Talia hybernantis conijcere adest.
OED. Rex desyderanti apparuisti, & tibi deorum
Fortunam quis bonam posuit huius uiæ.
THE. Quidnam est ò fili Lai nouum rursus?
OED. Inclinatio uitæ mihi. & tibi, quæ quidẽ cõmo
Volo urbiq; huic non mentitus, mori. (nui:
THE. In qua autem iaces mortis coniectura?
OED. Ipsi Dei præcones nuntiant mihi
Mentientes nihil; signis propositis.

Idoneum) vtile, felix, dextrum vtinam consequar.

Surge) ἄναξ, rex.

THE. Quomodo dixisti ò senex declarari hæc?
OED. Multa tonitrua perfecta, multaq;
Vertentia) aſr, ia/ cti, contorta — Vertentia manus insuperabilis iacula.
THE. Persuades mihi. multa. n. te uaticinantẽ uideo
Et non falsa: & quodcunq; opus est facere, dic.
OED. Ego docebo fili Aegei, quæ tibi
Senectutis non molesta huic iacebunt urbi.
Locum quidem ipse statim narrabo
Intactus à duce, ubi me oportet mori.
Hunc autem dic, non unquam hominum alicui:
Neque ubi occultatus est, neq; in quibus iacet locis:
Ante) aſr, contra — Vt tibi ante multa scuta auxilium hic,
Hastamq; oblatam uicinorum semper ponat.
Quæ autem, pura, neq; mouentur sermone:
Ipse disces, illuc quando ueneris solus.
Quia neq; ciuium horum edicerem alicui,
Neq; filijs meis, amens tamen.
Sed ipse semper salua: & quando ad finem
Viuendi perueneris, seniori soli
Significa: ille autem semper succedenti ostendat.
Et sic non populatam hanc habitabis urbem
Spartis) Thebanis — Spartis à uiris. sed infinitæ ciuitates,
Cõtumelias &c.) contumeliosæ fuerunt. — Etiã si bñ qs habitauerit: facile cõtumelias passæ sunt.
Dij. n. bene quidem, sero autẽ intuẽtur: quãdo „
Omittens) omissis — Diuina omittens quis, ad furendũ uersus fuerit. „
Quod ne tu fili Aegei uelis pati.
Hæc quidem talia certe, scientem docemus.
Ad locum autem (urget enim me ex deo præsens)
Abeamus iam, neq; reuertamur.
O filiæ huc sequimini. ego enim dux
Vobis rursus apparui nouus, sicuti uos patri.

Procedite, & ne attingite, sed sinite me
Ipsum sacrum tumulum inuenire: ubi
Fatum homini huic hac occultari terra.
Hac huc, hac uenite. hac enim me ducit
Mercurius dux, & inferior dea.
O lumen obscurum ante ubinam fuisti meum?
Nunc autem ultimum te meum tangit corpus.
Iam enim uenio ultimam uitam
Occultaturus apud infernum. sed charissime hospitum
Ipseq́, regioq́ hæc, ministriq́ tui,
Felices sitis, & in felicitate
Mementote mei mortui felices semper.
CHO. *Si fas est mihi obscuram deam,*
Et te precibus colere nocturnorum rex,
Pluto, Pluto
Supplico neq́ laboriosa,
Neq́ in dolenti
Hospitem extendere
Morte, omnia occultantem deorsum
Mortuorum tabulam, & tristem — Tabulā) terrā, planiciem.
Domum. multis enim utiq́
Et frustra damnis uenientibus,
Rursus te deus iustus augeat.
O terrestres deæ, corpusq́ inuictæ
Feræ, quam in ianuis dicunt ppo-
Litis dormire,
Gannireq́ ex antris — Gannire) latrare
Indomitum custodem apud Plutonem
Sermo semper detinet:
Quem ô terræ fili, & Tartari — Fili) aliter, filia, uel filię. i. Eumenides.
Deprecor in puro

Ire) obuíam innoxium venire. Ire concitato

Tabulas) ad campos, ad loca iferorũ pperanti mihi. Inferiores hospiti mortuorum tabulas.

Te uoco semper insomnem.

Insomnẽ) mortẽ. N V N. Viri ciues, compendiosissime quidem

Fuerim dicens) dixerim. Fuerim dicens Oedipum mortuum.

Quæ autem fuere facta, sic sermo in breui

Dicere adest, neq; opera quecunq; fuere illic.

C H O. Perijt ne infelix?

Relinquentem) reliquisse. N V N. Vt relinquentem

Illum semper uitam scias.

C H O. Quo? an diuina et illaboriosa miser fortuna?

N V N. Hoc est iam & admirari decens.

Sic) a'r, quod, vel quemadmodum abierit. Sic quidem enim hinc abijt, & tu præsens

Nosti: à ductore nullo amicorum,

Sed ipse nobis omnibus dux.

Postquam autem peruenit confractam uiam.

Aereis gradibus à terra fabricatam:

Stetit uiarum in multipartita una,

Curuum prope Cratera: ubi Thesei

Perithoiq; iacent fidelia semper pacta.

In quo medio stans, & Thoricia petra

Curuaq; Acherdo, & à lapideo tumulo

Depositus fuit; deinde exuit sordidas uestes:

Et deinde uocans puellas, iubebat fluentium

Aquarum ferre purgationes, & sacrificia alicunde.

Euchloæ) Frugiferæ. Illæ autem Euchloæ Cereris ad conspectabilem

Pagum profectæ hæc mandata patri

Celeri præbuerunt cum tempore: purgationibusq; illũ

Exercuerũt) composuerunt. Vesteq; exercuerunt, sicuti consueuit.

Postq̃ autem totius habuit facti uoluptatem,

Et non erat adhuc otiosum quidq̃ eorum, quæ iusserat:

Sonuit quidem Iuppiter terrestris: & uirgines
Riguere, ut audierunt, inq; genua
Patris lapsæ, flebant: neq; dimittebant
Pectorum collisiones, neq; longos luctus.
Ille autem ut audit sonitum de repente amarum;
Implicans circa ipsas manus dixit. ò filiæ,
Non est amplius uobis hac in die pater.
Periere enim iam omnia mea, & non amplius
Difficilem habebitis circa me nutritionem.
Duram quidem (noui) filiæ: sed unum enim solum
Omnes soluit hoc uerbum labores.
Nam amare, non est, ex quo plus,
Quàm hoc homine habuistis: quo priuatæ
Reliquam iam uitam degetis.
Talia in mutuis circumiacentes
Simul lugebant omnes. ut autem ad finem
Luctuum peruenere, neq; amplius mouebatur uox;
Erat quidem silentium: uox autem de repente cuiusdã
Vocauit ipsum: ut omnes recti
Starent timore timentes repente capilli.
Vocat enim ipsum multum sepe Deus.
O tu tu Oedipe? quid tardamus
Ire? iampridem, quæ à te, tardant.
Ille autem ut sensit ex deo uocatus,
Dixit uenire sibi terræ regem Theseum.
Et, postquam aduenit, dixit. ò charum caput.
Da mihi manus tuæ fidem antiquam filiabus,
Vosq; filiæ huic, & collaudato
Nunq̃ proditurũ has uoluntarius, pficere aũt quæcũq;
Futurus es sapiens bene utilia ipsis semper.
Ille autem, ut uir generosus, non misericordia cum

Virgines) Oedipi filiæ.

In mutuis &c.) inuicẽ amplexi.

Vocatus) se uocatum.

Collaudato) promitte.

Collaudauit hæc iuratus facturum hospiti.
Vt autem hæc fecit: statim Oedipus
Attingens obscuris manibus suas filias dicit.
O filiæ tolerantes oportet generosum mente
Abire locis ex his: neq; me, quæ non fas,
Videre iustum putare, neq; loquentes audire:
Sed abite q̃celerime. præterq̃ dominus
Facta) agenda Theseus adsit discens facta.
Hæc loquentem audiuimus
Vniuersi. multis lachrymis autem cum his uirginibus
Lugentes sequebamur. ut autem abiuimus,
Tempore breui reuersi uidimus
Hominem illum quidem nullibi præsentem amplius,
Regem autem ipsum oculorum umbratilem
Manum contra tenentem caput, ut graui aliquo
Videre) uisu Terrore apparente, neq; intolerabili uidere.
Deinde quidem paulum, neq; cum tempore,
Videmus ipsum terramq; adorantem simul,
Et deorum olympum in eodem sermone.
Morte autem quali ille perijt, neq; ullus
Mortalium dixerit, præter Thesei caput.
Non enim quis ipsum, neq; ignem ferens dei
Fulmen confecit, neq; marina
Procella mota illo tunc in tempore:
Sed uel aliquis ex dijs nuntius, uel inferiorum
Bathrū) uorago Beneuolum distans terræ non molestum bathrum.
Vir enim non lugendus, neq; cum morbis
Tristis accersitus fuit; sed si quis mortalium
Admirabilis. si autem non uideor sapiens dicere,
Non cesserim, quibus non uideor sapere.
CHO. Vbi uero & filiæ, & præmittentes amicorū?

NVN. *Hæ non longe. luctuum enim non obscuri*
Sonitus illas significant huc properantes.
ANT. *Heu, heu. heu. est est nobis*
Non hunc quidem, alium autem non, patris ingenitum
Intolerabilem sanguinem infelicibus lugere.
Cui multum
Aliquando quidem laborem firmum habemus:
In ultimo autem, si irrationabilia feremus
Videntesq; & passæ.
CHO. *Quidnam est?*
ANT. *Non est conijcere amici.*
CHO. *Abijt?*
ANT. *Quam maxime, si desiderio accipias.*
CHO. *Quid enim cui neq; mars,*
Neq; pontus occurrit?
Inexploratæ autem tabulæ rapuerunt in obscura
Quadam morte apparentes?
ANT. *Misera. nobis autem perniciosa*
Nox in oculis uenit.
Quomodo enim uel aliquam Apiam terram, uel
Marinam tempestatem errantes, uitæ
Difficile habebimus nutrimentum?
Non noui. sic me letalis
Pluto eligat patri
Commori seni
Miseram: quia mihi certe futura
Vita non uita.
CHO. *O geminæ filiarum optimæ.*
Ferens ex deo recte
Ferre oportet: neq; nimis sic
Inflammemini. non

Quã maxĩe &c.) ut maxime cupias scire, quonã pacto obierit.

Tabulæ) campi, terra.

Iuistis)non incidi stis in damnandã fortunã, Theseũ assecutæ tutorem uestrum.

Sedens) indute, aliter

Ingratus)eras.f.

Et hæc &c.)etiã nũ uel mortuus ne sis non charus mihi.

Reprehensibilia iuistis.
A N. Desyderium & malorum fuisset aliquod.
Etenim quod nequaq̃ amicum amicum,
Quando & illum in manibus detinebam.
O pater, o amice:
O semper sub terræ tenebras sedens:
Neq; senex ingratus mihi unq̃.
Et hæc non consequaris.
C H O. Fecit.
A N. Fecit, ut uoluit.
C H O. Quid?
A N. Qua uoluit, terra in hospita
Mortuus est. lectum autem habet
Infra umbrosum semper:
Neq; luctum liquit indefletum. semper enim ocu-
Lus te hic ò pater, meus
Luget lachrymans. neq; habeo,
Quomodo me oportet tuum miseram
Delere tantum dolorem: heu non
Terra in hospita mori uoluisses, sed
Desertus mortuus es sic mihi.
O misera, quodnam me fatum
Rursus sic desertum, difficile,
Immanes adhuc, ò amica,
Patri sic deserto.
C H O. Sed postq̃ feliciter soluit
Finem ò amicæ uitæ:
Cessate ab hoc dolore. malorum enim
Difficilis captu nullus.
A N. Rursus amica concitamur.
C H O. Vt quid faciamus?

Amica)chara soror.

Malorum)a malis.

A N. *Desyderium tenet me.*

C H O. *Quod?*

A N. *Terrestrem larem uidere.*

C H O. *Cuius?*

A N. *Patris.misera ego.*

C H O. *Fas autem quomodo hæc sunt? an non uides?*

A N. *Quid hoc increpasti?*

Et hoc ut

Quid hoc ualde rursus?

C H O. *Sine sepulchro excidit, seorsumq; omni.*

A N. *Duc me, & tunc occidito.*

Heu, heu, misera. quò serie

Rursus sic sic deserta, difficilis

Aeuum misera habebo?

C H O. *Amicæ, timeatis nihil.*

A N. *Sed quò fugiam?*

C H O. *Et ante aufugistis,*

Vobis non cadere male. Non cadere) ne accideret.

A N. *Sapio.*

C H O. *Quid uero supra cogitas?*

A N. *Vt ueniamus ad domos, non habeo.*

C H O. *Neq; certe inquire. labor habet*

Et ante quoniam.

A N. *Aliquando quidem ultra, aliquando autē supra.*

C H O. *Magnum nunqd pelagus sortitæ estis aliquod?*

A N. *Certe, certe.*

C H O. *Fateor & ipse.*

A N. *Heu, heu, quò eamus, ò Iuppiter?*

Spei enim ad quid me

Deus in præsenti impellit?

C H O *Sedate luctum ò filiæ. in quibus enim*

Gratia &c.) qui libenter moriuntur: hi minime sunt lugendi.

Gratia terrestris simul apponitur:
Lugere non oportet. nemesis enim.
A N T. *O fili Aegei supplicamus tibi.*

Cuius &c.) cuiusnam rei perficiundæ causa?

T H. *Cuius ô filiæ necessitatis perficere?*
A N T. *Tumulum uolumus*
Intueri ipsæ patris nostri.
T H E. *Sed non fas illuc ire.*
A N T. *Quomodo dixisti, rex domine Athenarum?*
T H E. *O filiæ, interdixit mihi ille*
Neque appropinquare ad hos locos:
Neque alloqui nullum mortalium
Tumulum sacrum, quem ille habet.
Et hæc me dixit facientem, recte
Regionem habiturum semper non molestam.
Hæc igitur audiuit deus nostrum,
Et omnia audiens Iouis iusiurandum.
A N T. *Sed si hæc habent secundum mentem illi:*
Hæc sufficient. Thebas autem nos
Ogygias mittito: si quo modo

Prohibebimus) prohibere possimus

Prohibebimus euntem cædem
Fratribus.
T H E. *Faciam & hæc, & omnia quæcunque*
Sum facturus, utiliaq; uobis,

Sub terra) mortuo

Et illi sub terra, qui nuper perit:
Ad gratiam. non. n. oportet me defatigari.
C H O. *Sed cessate, neque ad plura*
Lamentationem excitate:

Cõfirmationem) aliter, confirmatio

Omnino. n. habent hæc confirmationem.

FINIS OEDIPODIS IN COLONO

TRACHINIARVM ARGVMENTVM.

HERCVLES *profectus ad Calydona, Oenei filiam Deianiram uxorem petijt; & luctatus pro nuptijs ipsius contra Acheloum aßimilatum Tauro confregit alterum cornuum. Et quidem Deianiram uxorem ducit; cornu uero Achelous accipit, dans pro ipso illud Amalthex. Amalthea autem erat Hæmonij filia, quæ cornu habebat tauri. hoc autem, ut Pherecydes inquit, uim habebat talem, ut potum uel escam, quam quidem optaret quis, præberet sine labore. Militat auem Hercules cum Calydonijs in Thesprotos, & urbem capiens Ephyrā, cui imperabat Phylas, cum Astyoche huius filia congressus, pater Tlepolemi fit. Factis autem his conuiuans apud Oeneum pugno percutiens interfecit Eunomum Architelis filium per manus dantem. cognatus autem hic Oenei: & quidem pater filij, inuito facto eo, quod acciderat, ueniam tribuit. Hercules autem secundum legem exilium sustinere uoluit, & decreuit ad Ceycem in Trachina abire. ducens autem Deianiram ad fluuium Euenum uenit, in quo sedens Nessus Centaurus præteruntes traijciebat, mercedem dicens à dijs hoc iter accepisse, propterea quod iustus esset. ipse quidem igitur Hercules flumen pertransijt, Deianiram autem mercedem postulatus conceßit Nesso traijcere. ille uero traijciens ipsam tentabat uiolare. illam autem clamantem sentiens exeuntem Nessum iaculatus est in cor. ille uero moriturus aduocans Deianiram dixit, seruare ac-*

Cornucopia

pientem in testa, si uellet erga Herculem amicitiam habere: & uenenum dimisit in testa, & fluentem ex uulnere teli sanguinem commiscens dedit. illa autem accipiens seruauit apud seipsam. peragrans autem Hercules Dryopum regionem, & cibi indigens occurrente sibi Theodamante boues agente, alterum taurorum soluens & iugulās comedit. ut autem uenit in Trachina ad Ceycem, susceptus ab ipso Dryopas debellauit. rursus illinc Aegimio regi socius in bello fuit Doriensium. Lapithæ enim de terræ terminis contra ipsum bellabant Corono duce. ille uero obsessus aduocauerat Herculem auxiliatorem in parte terræ. opitulatus autem Hercules interfecit Coronum cum alijs, & terram omnem liberam fecit. interfecit autem & Allagoram cum filijs regem Dryopum in Apollinis templo, Lapitharum socium. prætereuntem autem Itona ad singulare certamen prouocauit ipsum Cycnus filius Martis & Pelopiæ. consistens autem & hunc interfecit. ut autem ad Orchomenum uenit, Amyntor ipsum rex non siuit cum armis præterire. prohibitus autem transire & illum interfecit. perueniens autem in Trachina exercitū contra Oechaliam congregauit, Eurytum punire uolens. Opitulantibus autem Archadibus sibi, & Meliensibus ex Trachine, & Locrensibus capit urbem: & sepeliens eos, qui cum ipso bellauerant, mortuos; Hippasum filium Ceycis, & Argeum, & Melana Lycymnij filios, & prædatus urbem duxit Iolen captiuam: & appellens Cenæo Euboeæ promontorio Iouis Cenæi templū ædificauit. sacra autem facturus ad Ceycem misit splendidam ue-

ſtem portaturum. ab hoc autem ea, quæ circa Iolen, Deianira *audiens, & uerita ne rurſus illam amaret; arbitrata re uera amatorium eſſe, fluentem ſanguinem* Neßi, *hoc tunicam unxit. ubi autem calefacta tunica uenenum* Hydræ *uorabat;* Licham *quidem præcipitem dedit: in* Trachina *autem ad templum fertur.* Deianira *uero dolens, ſeipſam ſuſpendit.* Hercules *autem mandans* Hyllo, *qui ipſi ex* Deianira *erat filius natu maior;* Iolen *uirum factum uxorem ducere; profectusq́; ad* Oetam, *qui eſt mons* Trachinis: *pyra facta iußit ubi conſcendit, incendere, hoc autem non uolente, pœas præteriens ad inquiſitionem armentorum ſuccendens accepit ſagittas ab ipſo, dono. incenſa autem flamma, dicitur nebulam ſubſiſtentem cum tonitru in cœlum miſiſſe. ubi conſecutus immortalitatem, uxore ducta* Hebe Iunonis *filia, facit filios,* Alexiaren *&* Anicetum.

TRAGOEDIAE PERSONAE.

Deianira,	*Nuntius*
Pædagogus.	*Lichas.*
Hyllus.	*Serua nutrix.*
Chorus mulierum Trachinienſium.	*Senex*
	Hercules.

Incipit autem Deianira.

SOPHOCLIS
TRACHINIAE.

FAMA qdẽ ẽ uetus hominũ manifesta: quòd nõ uitã didicerit mortaliũ, priusq̃ — Fama) dictum, prouerbium.
Moriatur quis: neq; an bona, neq; an
alicui mala.
Ego aũt meã, & priusq̃ ad Plutonẽ eã,
Noui habens infelicemq; & grauem.
Quæ patris quidem in domibus Oenei
Habitans in Pleurone nuptiarum timorem
Calamitosum habui, siqua Aetola mulier.
Procus enim erat mihi fluuius (Acheloum dico)
Qui me in tribus formis exposcebat à patre:
Veniens manifestus taurus, interdum uarius
Draco inuolutus; interdum uirili forma
Bouiceps: ex uero densa barba
Scaturigines diffluebant fontanæ aquæ potus:
Talem ego procum expectans
Infelix semper mori optabam,
Priusquam huic cubili appropinquarem unquam.
Tempore autem in posteriore quidem, libẽti aũt mihi,
Inclytus uenit Iouis Alcmenæq; filius:
Qui in certamen huic congressus pugnæ
Liberat me. & modum quidem laborum
Non dixerim (non enim noui) sed qui fuit
Sedens intrepidus huius spectaculi, ille dixerit. — Sedens) spectator
Ego enim eram perculsa timore,
Ne mihi pulcritudo dolorem inueniret unquam.
Finem autem posuit Iuppiter præses certaminis recte,

Si planè recte. lectum enim Herculi electum
Congressa semper aliquem ex timore timorem alo,
Illius curam gerens. nox enim introducit,
Et nox repellit suscipiens laborem.
Et genuimus filios, quos ille olim,
Agricola ueluti terram externam accipiens,
Seminans tantum uidit, & metens semel.
Talis uita in domosq;, & ex domibus
Semper uirum misit seruientem alicui.
Nunc autem quando certaminum horum uictor fuit,
Timens habeo) timeo *Hic sanè maxime timens habeo.*
Ex quo enim interfecit ille Iphiti uim:
Nos quidem in Trachine hac exules
Hospitem apud hominem habitamus. ille autem quò
Iuit, nullus nouit: uerum mihi amaros
Inijciens) iniectis. *Dolores ipsius inijciens abit.*
Ferè autem scio aliquod damnum habentem illum.
Tempus enim non paruum, sed iam decem
Menses ad alios quinque inauditus manet.
Et est aliquod graue damnum. talem mihi
Tabellam) schedula relicta. *Tabellam linquens abijt; quam ego frequenter*
Dijs supplico damno sine accepisse.
PAED. Domina Deianira, multis quidem te ego
Vidi iam lachrymosis lamentationibus
Herculeam expeditionem flentem,
Nunc autem si iustum, liberos admonere
Mentibus seruilibus: & me oportet dicere tantum.
Quomodo filijs quidem tot abundas, sed
Hominis ad inquisitionem non mittis aliquem?
Par) est mitti .s. *Maxime autem, quem quidem par, Hyllũ: si patris*

Haberet aliquam curam bene agere, uideri.
Prope uero hic ipse opportunus pulsat domos.
Quare si quid tibi ad tempus dicere uideor:
Licet uti uiro, hisq; meis uerbis.
DE. *O fili, ò fili. & ex ignobilibus profectò*
Verba rectè cadunt. hæc enim mulier
Serua quidem: dixit autem liberum sermonem.
HYL. *Quem? doce mater: si perceptibilia mihi.*
DE. *Te patre tam diu in peregrinatione existente*
Non audire, ubi est: dedecus affert.
HYL. *Sed noui: uerbis si quid credere debitum.*
DE. *Et ubi audis illum fili sedere terræ?*
HYL. *Illũ quidẽ præterito anno in lõgitudine tpis,*
Lydiæ mulieri dicunt illum ancillam laborare. Ancillam) seruitutem seruire
DE. *Omne itaq;, si etiã hoc passus est, audierit aliquis*
HYL. *Sed dimissus est hoc, ut ego audio.* Hoc) seruitute
DE. *Vbi sanè nunc uiuens, uel mortuus nuntiatur?*
HYL. *Euboicam regionem dicunt Euryti urbem*
In, expeditionem facere, uel facturum adhuc. In) regionẽ &c.
DE. *Num nosti sanè fili, quòd reliquit mihi*
Fidelia uaticinia hac regione de?
HYL. *Quænam mater? sermonem enim ignoro.*
DE. *Quod uel finem uitæ debet perficere,*
Vel hoc tollens certamen in posterum
Reliquam iam uitam felicem habere.
In igitur momento tali posito fili,
Non ibis auxiliaturus: quando uel saluati sumus,
Vel cadimus tuo patre pereunte,
Illo uitam seruante: uel abimus simul?
HYL. *Sed ibo mater. si autem uaticinatorum ego*

Adessem) profectus essem. *Famam nouissem horum, & pridem adessem.*
Nunc autem consueta fortuna non sinit patri
Nos timere, neq; formidare ualde.
Vt) postquã, qñ *Nunc uero, ut intelligo, nihil relinquam: non*
Audire) quin audiam *Omnem audire his ueritatem de.*
Posteriore) sero *D E. Abi nunc ô fili. etenim posteriore bene*
Facere, ubi audierit, lucrum mercatur.
Velox) a?r, atra, uiria propter astra. *C H O. Quem uelox nox destructa*
Parit, sopitq; ardentem
Solem, solem precor,
Huic) uel Hyllo, vel Deianire. *Huic nuntiare filium Alcme=*
Nes: ubi mihi, ubi mihi filius
Habitat nam. ô splendido fulgore ardens
Vel marina freta, uel
Geminis continentibus inclinatus,
Superans) omnia intuens. *Dic ô superans secundum oculum.*
Desyderanti enim animo audio
Dubiam uictoriæ Deianiram semper,
Auem) luſciniam *Quasi quandam miseram auem,*
Nunquam sopire lacrymosarum
Palpebrarum desyderium: sed
Memorem uiri terrorem ferentem uiæ,
Solicitis cubilibus uiro ca=
Rentibus uexari, malum
Infelicem sperantem fatum.
Multos enim quemadmodum uehementis
Vel noti uel Boreæ aliquis
Fluctus lato mari procedentes,
Superuenientesq; uideret:
Cadmo genitum) Thebanum Herculem *Ita uero Cadmo genitum*

Nutrit.hæc auget uitæ
Aerumna,quemadmodum pelagus
Cretense. sed aliquis deorum
Semper aberrantem Plutonis
Illum domibus arcet.
Quorum repræhendens te iu-
Cunda quidem,contraria uero feram.
Dico enim non abijcere
Spem bonam
Oportere te.non dolenda.n.ne-
Que omnibus imperans Rex
Iniecit mortalibus Saturnius:
Sed in damno & gaudio
Omnibus circunuoluuntur,ueluti ursæ,
Volubiles uiæ.
Manet.n.neq; celer nox
Mortalibus,neq; fata,ne-
Que diuitiæ: sed statim
Abijt,huic autem subit — Abijt) aliter abie runt.
Gaudereq;,& priuari.
Quæ & te reginam spe dico
Hæc semper tenere: quoniam
Quis sic filijs Iouem inconsultum nouit? — Inconsultum) negligere liberos suos
D E. Audiens quidem,ut coniectare,ades — Cõiectare) licet.s.
Paßionem meam: ut autem ego animo crucior,
Neq; edisceres præsens.nunc autem inexperta es.
Nam iuuenescens in talibus pascitur — Iuuenescẽs) ętas.s. Dei) amoris, quo ardet nuptæ.
Locis ipsius: & illam non calor dei,
Neq; hymber,neq; spirituum aliquis agitat:
Sed uoluptatibus illaboriosam tollit uitam

Ad hoc: quoad aliqua pro uirgine mulier
Vocata fuerit, acceperitq; in nocte curarum partem,
Vel à uiro uel filijs territa.
Tunc quis uideret suam ipsius considerans
Actionem: malis quibus ego grauor.
Paßiones quidem igitur iam multas ego defleui:
Vnam autem, qualem nondum ante, statim dicam:
Viam enim quando ultimam rex
Discedebat à domibus Hercules, tunc in domibus
Relinquit antiquam tabellam inscriptam
Pacta, quæ mihi prius non tolerauit unq̃
Multa certamina adiens, nondum dicere:
Sed ut aliquis facturus abibat, & non moriturus.
Nũc autẽ, tanq̃ amplius nõ existẽs, dixit qdẽ cõiugij ꝗ.
Quam) a'r'r suam. *Neceßitas eẽt me sũmere poßeßionẽ. dixit aũt quã filijs*
Partem paternæ terræ diuisibilem manere:
Tempus præfiniens ut trimestre, quando
Abiens) absẽs cũ fuisset. *Regione abierit, & annuus abiens:*
Tunc uel mori opus esset, uel illum hoc tempore:
Vel hunc elapsum temporis finem,
In reliquum eum uiuere non molesta uita.
Fatalia) decreta, statuta. *Talia dixit à Dijs fatalia*
Herculeorum finem allatura laborum.
Sic antiquam fagum locutam esse olim
Dodone geminis ex columbis, dixit.
Et horum ueritas accidit tempore
Debitum) oporteat. *Hoc nunc præsenti; ut perfici debitum.*
Vt iucunde dormiens exiliam ego
Timore amicæ timens. si me oportet manere
Omnium optimo uiro priuatam.

C H O. Bonā ominationē nunc tene: quoniā coronatū
Venientem uideo quēdam hominē ad lætitiā sermonū.
N V N. Domina Deianira primus nuntiorum
Timore te soluam. nam Alcmenes filium
Et uiuentem scias, & superantem, & ex pugna
Ducentem primitias Dijs indigenis.
D E. Quem dixisti ò senex hunc mihi sermonem?
N V N. Cito ad domos tuas celebrem maritum
Venturum esse, apparentem cum uictoria triumphali.
D E. Et hoc à ciuibus, an peregrinis discens dicis?
N V N. In florenti prato minister dicit
Lichas præco hæc. hunc ego audiens
Recessi: ut tibi primus nuntians hæc
A te aliquid lucrarer, & acquirerem gratiam.
D E. Ipse autē quomodo abest, si quidē feliciter agit?
N V N. Non facilitate utens multa mulier. Vtens) abest.
Circumcirca enim ipsum Meliensis omnis populus
Interrogat assistens, neq; habet ire ultra.
Nam desyderatum unusquisq; ediscere uolens,
Non dimitteret priusq̄ ad uoluptatem audiret.
Sic ille non uoluntarius, uoluntarijs autem Non voluntarius) inuitus.
Versatur: uidebis autem ipsum statim manifestum.
D E. O Iuppiter, Oetes intonsum qui pratum habes,
Dedisti nobis, sed cum tempore, lætitiam.
Clamate ò mulieres, quæq; intra tectum,
Quæq; extra aulam: quia insperatum oculum mihi
Famæ exorientem huius nunc percipimus. Iubilate) acclamate vos qui futuri estis sponsi.
C H O. Iubilate domibus familiaribus
Iubilis, futurus sponsus: in autem com- In autem) atq;, simulq;.
Munis marium ueniat Mariū) maritorū.

Clamor. bene pharetratum
Apollinem præsidem,
Simulq; Pæana, Pæana
Celebrate ò uirgines.
Clamate sororem
Dianam Ortygiam,
Ignitam) propter faces — *Ceruorum uenatricem, undiq; ignitam,*
Nymphas) oreades — *Vicinasq́; nymphas.*
Extollor, neq; repellam
Tibiam. ò domine meæ mentis,
Ecce me conturbat
Euœ me hedera, modo Bacchicum
Conuertens certamen.
Io, io, Pæan.
Vide, uide, ò amica
Contraria) prioribus malis, s. ac molestijs. — *Mulier. hæc contraria sanè tibi uidere*
Licet manifesta.
DE. *Video amicæ mulieres: neq; me oculi*
Custodia præterijt hunc non uidere exercitum.
Gaudere autem præconem prædico tempore
Multo apparentem, lætitia dignum si quid & fert.
LIC. *Sed bene quidē puenimus: bene aūt salutamur*
Mulier secundum operis acquisitionem. uirum. n. rectè
Agentem, necesse est bona lucrari uerba.
DE. *O charißime uirorum, primum, quæ prima uolo,*
Doceto: an uiuentem Herculem suscipiam.
LIC. *Ego certe illum reliqui ualentemq́;,*
Et uiuentem, & florentem, & non morbo grauem.
DE. *Vbi terræ, patriæ, an barbaræ? dic.*
LIC. *Littus quoddam est Eubœum, ubi statuit*

Aras, sacrificatq; ex frugibus Cenæo Ioui.
DE. *Ex uoto ostendens, an à uaticinio aliquo?*
LIC. *Ex uoto, quando cœpit harum euersam hasta*
Regionem mulierum, quas uides in oculis.
DE. *Ipse autem per deos cuiusnam sunt, & quænam?*
Miserabiles.n. si non calamitates fallunt me.
LIC. *Has ille Euryti depopulatus urbem*
Cœpit sibi possessionem, & dijs electam.
DE. *An & in hac urbe inconsyderatum*
Tempus incedens fuit dierum innumerabile?
LIC. *Non: sed quidem plurimum in Lydis tempus*
Detentus fuit (ut inquit ipse) non liber,
Sed uenditus. huius sermonis autem nō oportet inuidiā
Mulier adesse: Iuppiter cuius effector apparuerit.
Ille autem uenditus Omphale barbaræ
Annum expleuit, ut ipse dicit.
Et sic morsus fuit hoc dedecus accipiens.
Quare iusiurandum sibi adijciens iurauit,
Profecto affinem huius paßionis
Cum filio & muliere seruiturum adhuc.
Et non mutauit uerbum; sed quando purus fuit,
Exercitum accipiens collectum uenit urbem
Euryteam. hunc.n. auctorem
Solum mortalium dicebat huius esse paßionis.
Qui ipsum uenientem in domos familiarem
Hospitem antiquum existentē multū quidē sermonibus
Conuitiatus est, multa autem damnosa mente
Dicens: manibus quidē quòd ineuitabilia habens iacula
Suis filiis linqueretur ad arcus iudicium.
Dicebat autem, seruus homine quòd à libero

Inconsideratum) longum.
Incedens) profectus, absens.
Morsus) indignatus est, grauiter tulit
Quare) aliter, ut
Affinem) authorem, Eurytum. f.
Accipiens) accepto sociali exercitu
Paßionis) seruitutis apud Omphalen.
Linqueretur) superaretur iaculandi arte.
Homine libero) Eurystheo. f.

Contumelia afficeretur.cœnis autē quando fuit ebrius,
Eiecit extra ipſum.quorum habens iram
Vt uenit rurſus Iphitus Tirynthium
Ad collem,equos paſcentes explorans:
Tunc alio ipſum oculum,alteram in partem aũt mentē
Tabula)rupe Habentem,à ſumma iaculatus eſt turrita tabula.
Operis cauſa huius indignatus rex
Omnium Iuppiter pater Olympius
Venditum ipſum emiſit,neq; tolerauit:
Quoniam ipſum ſolum hominum dolo
Interfecit.ſi enim aperte ultus eſſet,
Iuppiterq́; ignouiſſet cum iure,opprimenti.
„ Contumeliam enim non amant neq; dij.
Illi autem inſultantes ex lingua mala,
Habitatores)mortui Ipſi quidem plutonis omnes ſunt habitatores.
Ciuitas autem ſerua.has autem quas quidem intueris,
Ex felicibus ærumnoſam inuenientes uitam:
Veniunt ad te.hæc enim maritusq́; tuus
Mandauit:ego autem fidelis exiſtens illi perficio.
Ipſum autem illum,quando pura ſacrificia
Fecerit patrio Ioui captiuitatis:
Scias illum ut uenturum.hoc enim ſermonis
Multi recte dicti,iucundiſsimum audire.
CHO.Regina nunc tibi delectatio manifeſta exiſtit.
Horũ quidem præſentiũ, illorũ uero audieti ſermone.
DE. Quomodo aũt non ego gauderem uiri fortunatã
Audiens actionē hanc iuſta mente?
Multa eſt neceſsitas hac hoc concurrere:
Tamen autem ineſt bene conſyderantibus,
Timere recte agentem,ne erret unq̃.

Mihi enim misericordia grauis subijt amicæ
Has uidenti infelices in hospita
Regione exules, orbas parentibusq́; captas.
Quæ prius quidem fuerant ex liberis fortasse
Viris: in præsenti autem seruam tenent uitam.
O Iuppiter auersator, nunq̃ intuear te
Contra meum sic semen procedentem:
Neq;, si quid facies, hac præsertim uiuente adhuc.
Sic ego timui has uidens.
O misera, quænam es iuuencularum;
Innupta, uel filios procreans? ad quidẽ enim naturam
Omnium imperita horum, generosa uero aliqua.
Licha, cuiusnam est hospita mortalium?
Quænam pariens? quis gignens pater?
Dic. quoniam illam harum plurimum miserata sum
Aspiciens: quanto quidem & sapere nouit sola.
LIC. *Quid noui ego? quidnã me & interroges? forte*
Generatio illorum illinc non in postremis.
DE. *Num Tyrannorum Euryti semen aliquod fuit?*
LIC. *Non noui: etenim neq; interrogabam longe.*
DE. *Neq; nomen ab aliquo comitum habes?*
LIC. *Minime. silentio meum opus perficiebam.*
DE. *Dic ò misera at nobis ex teipsa: quoniam*
Et calamitas tibi, non scire te, quænam es.
LIC. *Neq; profectò priori nihil ex æquo*
Tempore differet lingua: quæ nullo modo
Manifestauit, neq; maiora, neq; minora:
Sed semper dolens calamitatis grauitatem
Lachrymabatur infelix: ex quo patriam
Desertam reliquit. uerum fortuna

Neque &c.) non magis nũc dicet, quænã sit, q̃ antea dixit &c.

Mala quidem ipsi: sed ueniam habet.
DE. *Hæc igitur sinatur, & eat in tecta*
Sic q̃ iucundissime: neq; ad mala
Existentia molestiam à me doloris accipiat.
Satis. n. præsens. in autem domos
Eamus iam omnes, ut tuq;, quò uis,
Festines: ego autem, quæ intus, sufficientia ponam.
NVN. *Hic certe primum paulum immorata, ut*
Discas sine his, quosnam ducis intro.
Quæq; nihil exaudisti, ediscas uero, quæ oportet.
Horum habeo. n. in omnibus scientiam ego.
Cuius) causa. s. DE. *Quidnã est, cuius me hunc sistere fecisti gressum?*
NVN. *Stans audi. etenim neq; priorem*
Sermonem frustra audisti, neq; nunc puto.
DE. *Vtrum illos sanè huc rursus iterum*
His) mulierũ Trachiniarum choro *Vocemus: an mihi, hisq; dicere uis?*
NVN. *Tibi, hisq; nihil cohibetur: hos autem sine.*
DE. *Et iam abiere; & sermo significetur.*
NVN. *Vir hic nihil eorum, quæ dixit modo,*
Dixit iustitiæ in rectum: sed uel nunc malus,
Vel ante non iustus nuntius affuit.
DE. *Quid ais? aperte mihi dic oẽ, quodcunq; ĩtelligis.*
Quæ quidem. n. dixisti, ignorantia me habet.
NVN. *Hunc dicentem hominem exaudiui ego*
Multis præsentibus testibus, quòd puellæ
Huius causa ille Eurytumq; cæpisset,
Et altam Oechaliam: amor autem illum
Solus deorum demulsisset captiuare hæc:
Non quæ in Lydis, neq; apud Omphalen laborum
Seruitia, neq; proiecta Iphiti mors.

Quem

Quem nunc reijciens hic contra dicit.
Sed quando non suasit genitori
Filiam dare, occultum ut haberet lectum:
Crimen paruum accusationemq; praeparans,
In, expeditionem facit patriam huius: in qua
Eurytum his dixit dominari sedibus:
Interficitq; regem patrem huius, & urbem
Depopulatus est: & nunc (ut uides) uenit domos
Ad has mittens non inconsyderate mulier, Incõsyderate) negligẽter, sine cura.
Neque tanquam seruam: neq; spera hoc,
Neq; parem: siquidem incaluit desyderio,
Visum est igitur mihi erga te declarare omne
Regina, quod hoc existo discens ab.
Et haec multi ad medium Trachiniorum
Forum simul audierunt itidem mihi,
Vt redarguerent. si autem non dico amica,
Non laetor: sed rectum dixi tamen.
DE. *Hei mihi miserae. ubi nam sum rei?*
Quod suscepi damnum subtectum,
Occultum. ò infelix? num sine nomine
Fuit, quemadmodum abducens iurauit?
NVN. *Certe etiã & splendida, & secũdũ oculũ, &*
Patris qdẽ existẽs gñationibus Euryti olim (naturã,
Iole uocabatur: cuius ille nullibi
Parentes dicebat uidelicet nihil interrogans.
CHO. *Pereant, nequaquam omnes, mali: uerum*
Dolosa qui exercẽt non conuenientia sibi mala.
DE. *Quid oportet facere mulieres? qa ego sermoni*
His nunc praesentibus perculsa sum. (bus
CHO. *Interroga profecta uirum: quia cito manifesta* (Cito) al'r, forte

Diceret: si illum ad uim interrogare uelis.
D E. Sed ibo, etenim non sine mente dicis.
Nos autem expectemus, uel quid oportet facere?
C H O. Mane, quia hic uir non meis à nuntijs,
Vltro uocatus) sponte. Sed ultro uocatus ex domibus egreditur.
L I C. Quid oportet mulier eūtē me Herculi dicere?
Doce, quia euntem intueris me.
D E. Tanq̃ ex aspera cum tempore tardo profectus
Ibis, priusquam nos & renouemus sermones.
L I C. Sed si quid uis interrogare, adsum ego.
Distribuis) dicis D E. An etiam fidele ueritatis distribuis?
L I C. Sciat magnus Iuppiter, quæ quidē sciēs existo.
D E. Quæ mulier sanè est, quam uenis ducens?
L I C. Eubœa. quibus autē nata est nō habeo dicere.
D E. Tu respice huc. ad quam loqui putas?
L I C. Tu autem ad quid me hoc interrogans habes?
D E. Aude dicere, si sapis: quæcunque interrogo.
L I C. Ad dominantem Deianiram Cenei
Filiam, uxoremq́; Herculis: si non existo
Videns uana; dominamq́; meam.
D E. Hoc ipsum uolebam hoc à te discere. dicis
Dominam esse hanc tuam?
L I C. Iusta enim.
D E. Quid sanè, quam censes dare pœnam:
Si inuentus fueris in hanc non iustus existens?
L I C. Quomodo non iustus? quidnam uarians habes?
D E. Nihil. tu quidem ualde hoc faciens es.
L I C. Abeo. stultus autem fui iampridem audiens te.
D E. Non. priusquam dicas interrogatus breue.
L I C. Dic si quid uis, etenim non tacita es.

DE. *Hanc captiuam, quam misisti in domos:*
Pernosti ne?
LIC. *Dico. ad quid autem interrogas?*
DE. *Nonne tu hanc, quam ab ignorantia uides:* Quam &c.) quã tibi ignotam dicebas
Iolen dicebas Euryti prolem ducere?
LIC. *Quibus in hominibus? quis unde profectus*
Tibi testificabitur, hæc à me audire præsens?
DE. *Multis ciuium, in medio Trachiniorum*
Foro, multa à te hæc audiuit turba.
LIC. *Sane*.
Audire quidem dicebant. idem autem non fit,
Opinionem dicere, & diligenter exprimere orationẽ.
DE. *Quam opinionem? non iuratus dicens*
Vxorem dixisti Herculi hanc ducere?
LIC. *Ego uxorem? per deos dicito amica*
Domina hunc, quisnam est hospes.
DE. *Qui à te præsens audiuit, quòd huius desyderio*
Vrbs domita fuisset omnis, & non Lydia
Destruxisset ipsam; sed huius amor apparens.
LIC. *Homo ò hera aßistat. etenim*
Aegrotanti nugari, hominis non sapientis.
DE. *Ne per tu per summum Oetæum saltum*
Iouem fulgurantem cæles sermonem.
Non enim mulieri uerba dices malæ:
Neque quæ non nouerit res hominum. quia
Gaudere naturam insitum est non eisdem semper.
Amori quidem nunc quicunque insurgit „
Pugil tanquam ad manus, non recte sapit. „
Hic enim imperat & dijs, ut uult, „
Et mihi: quomodo autem non alteri, quali mihi? „

Quia si quid meo uiro hoc morbo
Reprehensibilis &c.) .i.reprehẽdo Capto reprehensibilis sum, ualde insanio:
Vel huic mulieri, quæ fuit causa
Nihil turpis, neq; mihi mali alicuius.
Non sunt hæc. sed si quidem ex illo discens
Mentiris: disciplinam non bonam discis.
Si uero ipse te ipsum sic instruis; quando
Volueris esse bonus, uideberis malus.
Sed dic omne uerum: quia libero
Mendacem uocari pars inest non bona.
Vt autem lateas, neque hoc fit.
Multi enim, quibus dixisti, qui dicent mihi.
Et si quidem timuisti, non recte times: quoniam
Non audire hoc me molestaret.
Sed scire, quid graue? nonne & alias
Plurimas uir unus Hercules uxorem duxit?
Et nondum aliqua ipsarum ex me sermonem malum
Tulit, neque opprobrium: hæcq;, neq; si
Valde intabesceret amando. quoniam illam ego
Miserata sum maxime, intuita quòd
Pulchritudo ipsius uitam perdidit:
Et terram patriam inuita infelix
Euertit, & seruiuit. sed hæc quidem
Fluant in uentum. tibi autem ego dico, malum
Erga alium esse, erga autem me non mentiri semper.
CHO. Pare dicenti bona, & non accusaberis tpe
Mulieri huic, & à me acquires gratiam.
LIC. Sed ò chara domina, postquam te disco
Imprudentem) ignorantem. Mortalem, sapientem mortalia, & non imprudentẽ:
Omne tibi dicam uerum, neq; occultabo.

Est enim sic, quemadmodum hic dicit.
Huius graue desyderium olim Herculem
Inuasit, & huius causa perniciosissima
Destructa fuit paterna Oechalia hasta.
Et hæc (oportet enim & quod ab illo, dicere)
Neque dixit occultare, neque abnegauit unquam.
Sed ipse ò domina timens tuum
Ne pectus molestarem his uerbis:
Peccaui, si quid hoc peccatum existimas.
Quando quidem omnem scis sermonem,
Illiusq; & tuam ex æquo communem gratiam:
Et ama mulierem, & uelis sermones,
Quos dixisti, in hanc firmiter dixisse.
Quia in alijs ille omibus uincens manibus,
Huius amore ad omnia inferior fuit.
DE. *Sed sic & sapimus, ut hæc faciamus,*
Et non morbum spontaneum eligimus,
Dijs pugnantes: sed intra tectum
Eamus; ut sermonumq; mandata feras,
Quæq; pro donis dona oportet adaptare;
Et hæc ducas. illum enim non iusta, te
Ire accedentem sic cum multo exercitu.
CHO. *Magnam quandam potentiam*
Venus effert uictoriæ semper.
Et res quidem deorum
Præterij; & quomodo
Saturnium decepit non dico,
Neque nocturnum Plutonem,
Vel Neptunum concussorem terræ:
Sed ad hanc uxorem

Certatores descenderunt ante nuptias aliqui
Omnium percußionum, omnium puluerum plenasq́; e-
xierunt pugnas certaminum.
Alter quidem erat fluuij
Potentia cornuti quadrupedis
Aspectus tauri
Achelous ab Oeniadis:
Alter autem Bacchicis
Venit recuruos Thebis
Arcus, & lanceas, clauamq́; quatiens
Filius)Hercules Filius Iouis: qui tunc frequentes iuerunt
In medium cupientes cubilia. sola
Autem coniugalis in medio Venus
Virga gubernabat uersans.
Tunc erat manus, erat autem
Arcuum strepitus tau-
rinorumq́; mistim cornuum:
Erant autem implexæ
Scalæ: erantq́; frontium pernitiosæ
Percußiones, & gemitus utrorumq́.
Hæc uero formosa aspectu, delicata
Longinquam apud ripam
Sedebat, suum expectans maritum.
Ego autem mater quidem qualis dico.
Hic certabilis aspectus sponsæ
Miserabilis expectabat:
Et à matre statim
Iuit, tanquam uitula deserta:
DE. Dum amicæ in domo hospes loquitur
Captiuis puellis tanquam in discessu,

Tunc forensis ueni ad uos clam, Forensis) egressa
Partim quidem dictura, manibus quæ operata sum:
Partim autem qualia patior commiserata.
Puellam enim (puto autem non amplius, sed iugatam)
Admisi, onus tanquam nauta
Damnosum, læsionem meæ mentis.
Et nunc duæ existentes, manemus unius sub
Vestis amplexum. talia Hercules
Ille fidelis nobis & bonus uocatus,
Præmia remisit longi temporis.
Ego autem irasci quidem non scio
Aegrotanti illi multum hoc morbo.
Hoc autē rursus cohabitare huic simul, quænā mulier,
Posset, communicans earundem nuptiarum? Cōmunicans) particeps.
Video enim iuuentam, illā quidem procedentē ultra: Illam) Ioles. f.
Hanc autem consumptam, quorum diripere solet Hanc) meam.
Oculus florem; horum auertere pedem.
Hæc igitur timeo ne maritus quidem Hercules
Meus uócetur, iunioris autem uir.
Sed (non enim quemadmodum dixi irasci pulchrum,
Mulierem mentē habentem) sicut autem habeo amicæ
Remedium solutorium doloris: sic uobis dicam.
Fuit mihi antiquum donum uetustæ olim
Feræ, lebete æreo occultatum: Feræ) Nessi centauri.
Quod puella adhuc existens densipectoris à
Nesso moriente ex cædibus suscepi.
Qui profunde fluentem fluuium Euenum mortales
Mercede traijciebat manibus, neq; ductorijs
Remis remigans, neq; uelis nauis:
Qui & me, patrijs quando multitudinibus

Cum Hercule primum coniux sequebar;
Ferens in humeris; quando fuit in media uia:
Vanis) frustra uiolare conatis
Attingit uanis manibus, ex autem clamaui ego:
Et Iouis statim filius conuersus, manibus
Immisit comatam sagittam: in autem pulmones
Pectorum cum sonitu irruit. moriens autem fera
Tantum dixit. filia senis Oenei
Tantum iuuaberis meis, si parueris,
Portorijs) traiectibus
Portorijs: quoniam extremam traieci ego.
Si enim concretum sanguinem mearum
Cædium sumpseris manibus, quà liuidas
Intinxit sagittas nutrimentum Lernææ Hydræ:
Erit mentis tibi hoc mulcimentum
Herculeæ: ut non aliquam intuitus
Amet mulierem ille pro te plus.
Excogitans) recordata
Hoc excogitans ò amicæ (domibus enim fuit
Illius mortui inclusum recte)
Tunicam hanc tinxi, addens quæcunque
Viuens ille dixit. & perfecta sunt hæc.
Scirem) noui
Malas autem audacias, neque scirem ego,
Neque ediscerem, atque audentes odi.
Amatorijs autem si quo modo hanc superemus
Puellam, & delinimentis his contra Herculem:
Machinatum est hoc opus, si quid non uideor
Facere uanum: si autem minus, cessabitur.
CHO. Sed, si qua est fides in factis:
Videris apud nos non consuluisse male.
DE. Sic habet certe fides, ut hoc quidem putare
Liceat: experientia autem non uersata sum dum.
CHO. Sed scire oportet facientē, quòd neq; si putas

Habere: habeas cognitionem non experta.
DE. Sed statim sciemus. hunc. n. inspicio
Forensem iam. celerrime autem ueniet. Forensem) egressum.
Solum à uobis bene occultemur: quoniam tenebris,
Et si turpia facis, nunq̃ in dedecus incides.
LIC. Quid oporteat facere, significa filia Oenei:
Quia sumus iam longo tempore tardi.
DE. Sed hæc tibi eadem & facio Licha,
Donec tu interioribus locutus es hospitis:
Vt feras mihi hoc bene contextum peplum,
Donum illi homini meæ manus.
Dans autem hoc, dic ut nullus mortalium Dās) vbi dederis
Illo prius induatur corpore:
Neq; uideat illum, neq; lumen solis,
Neq; septum sacrum, neq; domesticum lumen:
Priusq̃ ille ipsum manifestus aperte collocatus
Ostendat dijs die tauricida.
Sic enim uoui, si quando ipsum in domos
Videam saluatum, uel audiam: iuste
Ornatum iri tunica hac, & appariturum dijs
Sacrificatorem nouo nouum in peplo.
Et horum feres signum, quod ille certum
Sigilli obsignatione hac ad oculum ponet.
Sed uade, & serua primum quidem legem:
Non cōcupiscere nuntiū existentem superflua facere:
Deinde, ut gratia illiusq; tibi,
Et mei in unū conueniens ex simplici duplex appareat.
LIC. Sed, si quidem Mercurij hanc exerceo artem Mercurij) nuncij, legationis,
Firmam; nequaq̃ errabo in te unq̃:
Ne non uas, ut habet, ostendam ferens:

Verborumq; fidem, quæ habes, adaptem.
D E. *Abeas iam: etenim scis,*
Quæ in domibus, ut habentia sunt.
L I C. *Scioq;, & dicam seruata.*
D E. *Sed nosti quidem & hospitæ uidens*
Susceptiones, ipsam ut acceperim amice?
Percuteretur) ad miraretur — L I C. *Vt percuteretur meum uoluptate cor.*
D E. *Quid sanè aliud dicas? timeo enim*
Ne ante dicas desyderium ex me:
Quæ illinc) quod ad illum attinet — *Priusq̃ scias, quæ illinc, an desyderemur.*
C H O. *O maritima & saxosa,*
Calida balnea, & rupes
Oetes habitantes, quiq; mediam
Melidem iuxta paludem
Puellæ) Dianæ — *Auream pharetram habentisq; littus puellæ,*
Vbi græcorum contiones
Pylatides uocantur:
Pulchre clamans cito uobis
Tibia non iniucundum
Sonans strepitum redit, sed diuinæ
Aequalem musæ.
Nam Iouis Alcmenesq; filius
Concitatur, omnis uirtutis
Spolia habens ad domos:
Quem absentem habuimus
Totum duodecim mensium expectantes
Tempus, maritimum, scientes nihil.
Hæc uero ei chara uxor
Misera infortunata corde
Maxime flebilis semper peribat.

Nunc autem Mars incitatus
Soluit laboriosum diem.
Veniat, ueniat, ne
Stet multis remis agitatum uehiculum nauis ipsi:
Prius q̃ hanc ad urbem acceleret;
Insulanum larem
Mutans, ubi uocatur sacrificator.
Vnde ueniat per totum diem Diem) hodie
Huius suadelæ uncto illito Suadelæ) philtri
Implicitus sub prætextu feræ.
D E. *Mulieres, quam timeo ne ulterius*
Facta sint mihi omnia, quæcunq; modo feci.
C H O. *Quidnam est Deianira filia Oenei?*
D E. *Non noui. timeo autem, si apparebo forte*
Malum magnum operata à spe bona.
C H O. *Nunquid aliquid tuorum Herculi donorum?*
D E. *Maxime: ut ne promptitudinem*
Incertam operis alicui præceperim accipere.
C H O. *Doce, si docendum, ex quo times.*
D E. *Tale euenit, quale dicam*
Mulieres uobis miraculum insperatum discere.
Quo enim indutorium peplum nuper
Vnxi, candidæ ouis bona lana:
Hoc euanuit, corrosum à nullo
Eorũ quæ intus, sed ambesum ex seipso consumptũ est,
Et contritum est in summa rupe. ut autem scias omne
Quatenus hoc actum est, longiorem extẽdam sermonẽ. Quatenus) quonam modo
Ego enim quæ fera me Centaurus laborans
Latere amara cuspide prædocuit:
Omisi mandatorum nihil: sed seruabam

Aerea tanq̃ indelebilem ex tabella picturam.
Et mihi hæc erant prædicta, & talia agebam:
Medicamentum hoc remotum ab igne, radioq; semper
Calido intactum in conclauibus seruare me:
Quoad recenter illitum applicarem alicubi.
Et faciebam talia. nunc autem, quando fuit faciendum,
Vnxi quidem per domum in domibus occulte
Lana auellens propriæ pecudis uellus:
Et posui componens minime illustratum sole
Caua capsula donum: quemadmodum nostis.
Intro autem reuersa uideo famam
Ineffabilem, inconiectabilem homini discere.
Sum proijciens) proieci *Inuolucrum. n. sum proijciens quodammodo*
Ouis, quo ante unxeram in mediam flammam,
Radium in solarem. ut autem calefactum fuit,
Fluit omne incertum, & contritum fuit terra,
Forma maxime simile, ut serræ
Rosiones inspiceres in sectione ligni:
Tale iacet dißipatum. ex autem terra, unde
Proiectum fuerat: scaturiunt densæ spumæ
Cæsij fructus, tanq̃ pingui potu
Fuso in terram bacchica à uite.
Quare non habeo misera quo consilij cadam.
Video autem me opus graue operatam.
Vnde. n. unq̃, pro quo moriens fera
Mihi præbuisset beneuolentiam, qua mortuus est pro?
Non est. sed, qui percusserat, interficere
Volens mulcebat: quorum ego postea
Quando non amplius iuuat; cognitionem capio.
Sola. n. ipsum, si quid non frustrabor

Mente:ego infelix interficiam.
Nam iacientem sagittam noui, & deum
Chironem offendentem: & quomodo tetigerit, Q_ũo) quẽadmodum, uti,
Corrumpit omnes bestias.ex autem huius hic
Cædibus egrediens uenenum sanguinis nigrum,
Quomodo non perdet & hunc? uidebitur certe mihi;
Atqui uisum est:ille si errabit
Hac cum ira, & me commori simul.
Viuere.n.male audientem,non tolerabile: ”
Quæ magnificit,non malam natam esse. ”
CHO. *Timere quidẽ opera grauia necessario habet:* Necessario &c.) necesse est.
Hanc autem spem nõ oportet fortunam iudicare ante.
DE. *Non est in his non honestis consilijs*
Neq; spes,quæ & audaciam quandam conciliat.
CHO. *Sed circa errata non ex uoluntario consilio,*
Ira matura:quam te consequi decet.
DE. *Talia diceret non mali*
Particeps: sed cui nihil est domibus graue.
CHO. *Tacere conueniet te longiori tempore:*
Si non quid dices puero tuoipsius:quoniam Puero) Hyllo filio
Adest indagator patris,qui prius abierat.
HYL. *O mater,quàm ex tribus te unum eligerem*
Vel non amplius esse uiuentem:uel seruatam,
Alius uocatam esse matrem;uel meliores mentes
Ex nunc præsentibus his mutasse alicunde.
DE. *Quidnam est ô fili,quantum ad me,inuisum?*
HYL. *Virum tuum scias,hunc meum dico*
Patrem,interfecisse hac in die.
DE. *Hei mihi.quemnam protulisti ô fili sermonem?*
HYL. *Quem non possibile non perfectum esse.nam*

Factum quis posset infectum facere?
DE. Quomodo dixisti ò fili? quo ab hominum discens
Iniucundum sic opus operatam esse me dicis?
HYL. Ipse grauem calamitatem in oculis
Patris intuitus, & per linguam audiens.
DE. Vbi autem appropinquas homini, & astitisti?
HYL. Si oportet discere te, omnia dicere necesse est.
Quando abijt inclytam Euryti populatus urbem,
Victoriæ ducens trophæa & primitias:
Littus quoddā utrinq; mari allutū Eubææ ꝑmontoriū
Cæneum est: ubi patrio Ioui
Aras statuit sacrumq; lucum:
Vbi illum primum uidi libens desyderio.
Futuro aute &c.) cū aūt ille mactaturus esset &c. Futuro aūt ipso multarum uictimarum facere iugulationes,
Præco à domibus uenit domesticus Lichas,
Tuum ferens donum, letalem uestem:
Quam ille indutus, ut tu præmandaueras:
Mactat quidem duodecim integros habens,
Prædæ primitias, boues: sed omnia simul
Centum admouit commistos boues.
Et primum quidem miser propitia mente,
Ornatuq; gaudens & ueste, præcabatur:
Vbi uero uenerandorum sacrificiorum incendebatur
Flamma cruenta, & à pingui quercu:
Sudor emittebatur corpore, & applicata est
Fabri) a fabro Lateribus nuper conglutinata, tanq̃ fabri,
Tunica omne per membrum, uenitq; ossium
Morsus cum euulsione: deinde letalis,
Inimicæ uiperæ uenenum ut rodebat:
Tunc uero clamauit, infelicem

Licham, illum nihil auctorem huius tui mali,
Quibus attulisse hanc artibus uestem.
Ille uero nihil sciens infelix, tuum solius
Donum dixit, sicut erat, missum.
Et ille ut audiuit, & crucians
Laceratio ipsius pulmones attigit:
Corripiens pede illum, articulus qui nectitur: Corripiens) correptum
Proijcit ad utrinq; allutum e mari saxum.
Comæ autem albam medullam exilire facit, medio
Capite dißipato, sanguineq; simul.
Omnis autem clamauit gemitu populus,
Hoc quidem ægrotante, illo autem enecato: Hoc) Hercule: illo autem, Licha.
Et nullus audebat hominem contra ire:
Trahebatur enim ad terram, & sublimis,
Clamans, eiulans: circum autem strepebant saxa,
Locrorum montanæ rupes, EubϾq; promontoria.
Postq̃ autem defecit, multum quidem miser in terram
Proijciens seipsum, multumq; eiulatu clamans,
Infelicem lectum uituperans
Tui miseræ, & Oenei nuptias,
Qualem acquisiuisset destructricem uitæ:
Tunc ex aßistente nidore distortum
Oculum eleuans uidit me in multo exercitu
Lachrymantem, & me intuitus uocabat:
O fili, accede, ne fugias meum malum:
Neq; si te oportet mortuo commori mihi:
Sed eleua extra, & maxime quidem depone
Illic, ubi me nullus uidebit mortalium.
Si autem misericordiam tenes, at me ex hac terra
Traijce q̃ celerrime, neq; hic moriar.

Tantum cum mandasset, in media cymba
Ponentes) posito illo — *Ponentes illum ad terram hanc appulimus, uix*
Conuulsionibus) nimio dolore. — *Mugientem conuulsionibus: & illum statim*
Vel uiuentem uidebitis, uel mortuum nuper.
Talia mater patri consulens meo
Quorũ) p quibus — *Et faciens deprehensa es. quorum te ultrix iustitia*
Vlciscatur, Erinnysq́; (si fas) imprecor.
Fas autem, quoniam mihi fas tu prius abiecisti;
Omnium optimum uirum eorum, qui sunt in terra,
Interficiens, qualem alium non uidebis unq̃.
CHO. *Quid silentio discedis? non nosti quoniam*
Opitularis tacens accusatori?
HYL. *Sinite recedere. uẽtus secũdus oculorũ meorũ*
Ipsi fiat procul abeunti recte.
Iactationem. n. alioqui nominis quid oportet nutrire
Maternam, quæ nihil ut pariens facit?
Sed abeat gaudens. delectationem autem, quam
Meo dat patri, hanc ipsa accipiat.
CHO. *Ecce, ut ò filiæ immiscuit statim*
Verbum uaticinatorium nobis
Prædictæ prouidentiæ:
Quod dixit, quando perfecta afferret,
Duodecima aratio susceptionem perficere laborum
Iouis proprio filio. & hæc recte
Firma adueniunt.
Quomodo. n. ille non uidens
Adhuc unq̃,
Adhuc laboriosam haberet
Mortuus seruitutem?
Si. n. ipsum Centauri lætalis nebula

Vngit,

Vngit, insidiosa necessitas,
Lateri adhærente ueneno;
Quod peperit mors, peperit autem uarius Draco:
Quomodo hic solem alterum, q̃ in p̄nti, uideat;
Grauissimo quidem Hydræ *colliquatus*
Prætextu nigras iubas habentis.
Quæ commisti illum flagellant,
Nessoq; ab,
Letales dolosi stimu-
li superbullientes.
Quorum hæc misera impigrum,
Magnum intuita domibus damnum
Nouis accedentibus nuptijs,
Hæc quidem non aduertit, illa autem ab alienigena
Mente uenientia pernitiosis reconciliationibus,
Profecto perdita gemit,
Profecto frequentium uiridem
Irrigat lachrymarum spumam. Lachrymarum &c).i.lachrymas
Sed ueniens
Fatum manifestat dolosam,
Et magnam calamitatem.
Ruptus est fons lachrymarum: fusus est
Morbus. ô dij. ut infensis
Nondum ualde nota
Herculis abuenit passio ad miserandum.
Heu perniciosa lancea propugnatricis hastæ:
Quæ tunc celerem nympham
Adduxisti ab alta
Hanc Oechalia *cuspide.*
Sed ministra

Venus, tacita, manifesta,
Horum apparuit effectrix.
C H O. *Vtrum ego uana, an audio quandam*
Miserationem per domos modo concitatam?
Quid dicam?
Clamat aliquis non obscurum, sed infelicem
Luctum intus. & quid innouant tecta?
Intellige) vide *Intellige autem*
Hanc, quòd insueta & contractis superciliis
Venit ad nos uetula, significans aliquid.
N V T. *O filiæ, quam .s. nobis non paruorum malorũ*
Initium cœpit donum Herculi missum.
C H O. *Quidnam ò anus innouatum dicis?*
N V T. *Abijt Deianira longe extremam*
Viarum omnium, ex immobili pede.
C H O. *Non ne ut mortua?*
N V T. *Omnia audisti.*
C H O. *Mortua est misera?*
N V T. *Secundo audis.*
C H O. *Misera, perdita, quo modo mortuam esse illam dicis?*
N V T. *Miserrime, quo ad actionem.*
C H O. *Dic qua morte mulier concurrit.*
N V T. *Seipsam sustulit.*
C H O. *Quæ ira, uel quinam morbi*
Hanc cuspidem iaculi mali
Comprehendit? & quomodo meditata est
Ad mortem mortem
Accelerans sola?
N V T. *Gemebundi in sectione ferri.*
C H O. *Intuita es ò misera hanc contumeliam?*

NVT. Intuita sum ut uicina aßistens.
CHO. Quis erat? quomodo? age dic.
NVT. Ipsa à seipsa patrat hæc.
CHO. Quid dicis?
NVT. Certior sis.
CHO. Peperit, peperit ma=
Gnam nuper adducta hæc nympha Nympha) Iole
Domibus his Erinnym.
NVT. Valde certe. magis autē si præsens propinqua
Vidisses, quæ fecit: ualde commiserata fuisses.
CHO. Et hæc tolerauit q̄ manus muliebris patrare?
NVT. Grauiter certe. audies autē, ut testeris mihi.
Postq̄ ingressa est domos intro sola,
Et puerum in aulis uidit cauos lectos
Sternentem, ut retro occurreret patri:
Occultans seipsam ubi nullus intueretur;
Gemebat quidem aris procidens: quòd
Fieret deserta. flebat autem instrumentorū quodcūq;
Tangeret, quibus citebatur misera prius.
Alibi autem & alibi domorum uolutata,
Sicubi amicorum inspiceret seruorum corpus:
Flebat misera intuita,
Ipsa à seipsa dæmonem uocans:
Et filijs carituras in posterum opes.
Postq̄ autem ab ijs destitit, repente illam uideo
Herculeum thalamum irruentem:
Et ego clandestinum oculum adumbrata
Seruabam. uideo autem mulierem lectis
Herculeis stragulas immittentem uestes. Stragulas) stratas
Vt autem perfecit hoc, insiliens supra,

Sedit in medijs lectis:
Et lachrymarum rumpens calidos fluxus
Dixit: ò lectiq́; , & thalami mei,
In reliquum iam ualete: quia me nunquam
Accipietis amplius in cubilibus his cubantem.
Talia locuta impetuosa manu
Soluit suum ipsius peplum: cui aurea
Prominebat mammarum fibula. ex autem exuit
Latus omne, ulnamque sinistram,
Et ego currens profecta, quantum quidem poteram,
Filio dico machinantis hæc.
Et in quo illuc, hucq́; excurrimus:
Videmus ipsam ancipiti gladio
Latus sub iecore & præcordijs percussam.
Videns autem filius luxit. cognouit enim miser,
Opus ex ira quòd effecisset hoc:
Sero doctus quæ per domum; quoniam
Inuita à fera fecisset hæc.
Et illic filius infelix, neque lamentationum
Reliquit quidquam circum illam flens,
Neq; amplectens ore, sed à latere
Latus omittens iacebat multum gemens,
Quòd illam stulte in crimen iecisset malum:
Flens, quoniam ex duobus futurus esset simul
Patrisq́; illiusq́; orbatus uita.
Talia, quæ hinc, sunt. quare si quis duos
Vel etiam plures quis dies computat:
Vanus est. non enim est crastina,
Priusquam bene patiatur quis præsenti die.
CHO. Vtrum utra lugeam?

Vtrum perfecta ulterius
Difficilia mihi miseræ?
Hæc quidem habemus uidere domibus,
Illa autem futuræ sumus in spe:
Communia autem habereq;, & futuras esse.
Vtinam uentosa aliqua
Fiat secunda flans domestica aura:
Quæ me abduceret ex locis; ut
Iouis fortem fœtum,
Ne trepida morerer,
Solum intuita statim.
Quoniam in grauibus doloribus
Venire ante domos dicunt
Ingens quoddam miraculum.
Prope uero & non longe
Flebant, acuta ut luscinia, hospites.
Hospitum enim extra turbam hic gressus.
Quò uero rursus fert ipsum? ut amicum
Curans, grauem
Tacitum fert gressum.
Heu, heu, heu, heu. hic tacitus fertur.
Quid oportet mortuum illum, uel per
Somnum existentem interrogare?
H Y L. *Hei mihi ego te pater,*
Hei mihi ego te infelix.
Quid patiar? qd uero machinabor? hei mihi.
S E N. *Tace fili. ne moueas*
Agrestem dolorem patris crudelis.
Viuit enim procliuis. sed inhibe mordens
Os tuum.

Futuræ &c.) i. habituræ.
Futuras esse) expectare.

Acuta) clamosa

Fert) turba

Interrogare) iudicare, existimare, censere.
Te) tui causa

HYL. Quomodo inquis senex? an uiuit?
SE. Ne excites somno detentum
Et moueas, & suscites
Furiosum grauem morbum ò fili.
HYL. Sed in me miserum
Grauitatem ingentem, incitauit mens.
HER. O Iuppiter quò terræ uenio? apud quos
Mortalium iaceo afflictus, mu-
Tabilibus doloribus? hei mihi ego miser.
Hic) morbus Hic rursus scelestus rodit. heu.
SE. Num nosti, quantum erat lucrum,
Silentio occultare, & non dispergere
Huic à capite, palpebrisq; somnum?
HYL. Non enim habeo, quomodo
Quiescerem, malum hoc uidens.
HER. O Cenæa crepido ararum
Sacrarum, qualem pro qualibus
Sacrificijs mihi misero gratiam per-
Fecisti. ò Iuppiter.
Quod mihi posuisti damnum, quale?
Quod nunquam ego intueri miser
Debuissem oculis, hunc implacabilem
Furoris florem inspexisse.
Quis enim incantator, quis artifex
Medicinæ, qui hoc damnum
Sine Ioue mitigabit?
Miraculum procul uiderim.
Heu, heu, sinite me, sinite me
Infelicem cubare:
Sinite me infelicem cubare

Vbi me tangis? quo inclinas? | Inclinas) manus apponis, admoues.
Perdis me, perdis.
Conuertisti, quod & quieuerit.
Momordit me hoc quidem. | Hoc) p me mouisti.
Hic rursus redit. unde est, ò | Hic) morbus.
Omnium græcorum | Est) aliter, estis.
Iniustißimi uiri, quos | Quos) seruaui. f.
Multum quidem in ponto,
Perq; nemora omnia purgans,
Perij miser.
Et nunc in hunc ægrotantem
Non ignem, non hastam
Aliquis utilem non conuertet:
Heu, heu, neq; illidere caput
Vitæ uult ueniens
Odiosæ, heu heu.
SE. *O fili, huius hominis*
Opus hoc maius procedit,
Quàm secundum meum robur.
Tu autem comprehende: tibiq;.n. oculus
Amplior, q̃ per me
Seruare.
HYL. *Attingo quidem ego.*
Laboriosorum autem dolorem
Neq; intus, neq; foris li=
Cet mihi expellere
Vitæ: talia tribuit Iuppiter.
HER. *O fili, fili, ubinam es?*
Hac me, hac me
Assume alleuans.

Heu, heu, heu heu, dæmon.
Salit autem rursus salit,
Miser perdens nos,
Inaccessibilis, agrestis
Morbus. heu Pallas.
Hoc me rursus molestat. heu fili,
Genitorem commiseratus
Sine inuidia tolle hastam.
Feri meo sub iu=
Gulo: medere aũt dolori, quo me iritauit
Tua mater impia.
Quam sic intuear lapsam,
Sic ita sic; ut me perdidit.
O Iouis consanguinee,
O dulcis Pluto
Sopito me, sopito;
Celeri morte
Infelicem interficiens.
C H O. Audiens horrui has calamitates amicæ
Regis: quales, qualis existens sustinet.
H E R. O multum iam & calida, & uerbo mala,
Et manu, & dorsis laborans ego.
Et nondum tale neque uxor Iouis
Proposuit, neq; odiosus Eurystheus mihi:
Quale hoc insidiosa Oenei puella
Adaptauit humeris meis Erinnyum
Rete textile circunuolutum, quo pereo.
Lateribus enim adhærens, quidem extremas
Corrosit carnes, pulmonesq;, uenas
Sorbet cohabitans: ex autem uiridis sanguis me

Laborans) per multos labores passum. hæc autem uertit Cic. Tusc. quæst. secundo.

Cecidit iam, & corruptus sum corpore
Omni, inexplicabili hoc oppressus uinculo.
Et non hæc, hasta pedestris, neq; terrigena
Exercitus Gigantum, neq; ferina uis,
Neq; græcia, neq; barbara, neq; quantam ego
Terram expurgans ueni, fecit dum. Veni) peragraui
Mulier autem fœmina existens, & non uiri naturam Naturam) natura
Sola me sanè interfecit gladio absq;.
O fili, sis mihi filius uerus natus:
Et ne matris nomen ueneraris amplius.
Da mihi manibus tuis ipse ex domibus accipiens Accipiens) abreptam matrem
In manum parentem, ut cognoscam manifeste:
An meum doleas magis, q̃ illius uidens
Offensam formam, in iure uexatam.
Abi ò fili; aude, miserereq; mei
Multis miserabilis: qui, tanq̃ uirgo,
Mugio flens, & hoc nullus unq̃
Hunc hominem diceret ante uidisse facientem. Faciẽtem) fecisse
Sed sine gemitu semper sequebar mala:
Nunc autem ex tali fœmina inuentus sum miser.
Et nunc accedens sta prope patrem,
Considera autem quali hæc calamitate ab
Passus sum. ostendam .n. hæc ex tegumentis.
Ecce, intuemini omnes miserum corpus:
Videte infelicem, ut miserabiliter habeo.
Heu, heu, ò miser. heu, heu.
Calefecit damni auulsio modo: hæc uero rursus Auulsio) spasmus
Traiecit latera: neq; exercitatum me sinere,
Videtur miser uorax morbus.
O Rex Pluto accipe me.

O Iouis fulmen percute.
Concute ò rex, inflige iaculum
Pater fulminis. uorat enim rursus iterum:
Floruit, irruit. o manus, manus.
O dorsa, & pectora, ò chara brachia.
Vos illa fuistis, quæ olim
Nemeæ habitatorem, bubulcorum interfectorem
Leonem, inaccessibilem pecudem & insalutabilem
Vi confecistis, lerneamq; hydram,
Biformemq; immistum equorum insessorem exercitum
Ferarum) centaurorum. Ferarum, contumeliosum, exlegem eximium ui
Erymanthiamq; feram illumq; sub terra:
Plutonis tricipitem canem, inexpugnabile monstrum.
Pecudem) fœtum Grauis uiperæ pecudem: & aureorum
Draconem pomorum custodem in ultimis locis;
Aliosq; labores infinitos gustaui:
Et nullus trophæa erexit mearum manuum,
Nunc autem sic inarticulatus, & laceratus
Cæco à damno depopulatus sum miser.
Ille optimæ matris nominatur,
Ille in astris Iouis dictus filius.
Sed bene quidem hoc scite; etiam si nihil sim,
Etiam si nihil serpam: certe operatam hæc
Solis) aliter solū. Subiugabo. & ex his accederet solis:
Vt discat hominibus nuntiare, quòd
Et uiuens malos, & mortuus ultus sum.
CHO. O misera Græcia, luctum qualem uideo
Habituram homine hoc si priuabitur.
HYL. Quoniam præbuisti respondere pater,
Silentium præbens, audi me ægrotans tamen.

Petam enim te, quæ iusta consequi. Iusta) æquum est.
Da mihi teipsum, non tantum ut mordearis
Animo iracundus: non enim cognosceres, in quibus
Gaudere studes, & in quibus doles frustra.
HER. *Locutus quod uis, finito; quia ego ægrotans*
Nihil intelligo, quæ tu uarias pridem.
HYL. *De matre uenio mea dicturus: in quibus*
Nunc est, quibusq; peccauit inuita.
HER. *O sceleratissime, & mentionē fecisti.n. rursus*
Patris interfectricis matris, ut audirem ego?
HYL. *Habet enim sic ut non tacere conueniat.*
HER. *Non profecto, his prius peccatis?*
HYL. *Sed neq; quidem quotidianis dices.*
HER. *Dic, caue autem ne uidearis malus natus.*
HYL. *Dico mortua est recenter iugulata.*
HER. *A quo? monstrum per mala uaticinatus es.* Monstrum) rem incredibilem.
HYL. *Ipsa à seipsa, nullo ab hospite.* (nu.
HER. *Hei mihi, prius ut oportebat illā ex mea mori ma* Vt) aliter quoniā.
HYL. *Etiā tuus cōuerteret furor, si hoc totū nosceres*
HER. *Grauē sermonē incepisti: dic aūt, q̄tenus sentis.*
HYL. *Omne negociū aberrauit, optima quærens.*
HER. *Optima ò pessime, patrē tuū interficiens facit?*
HYL. *Amatorium enim putans apponere tui*
Errauit: ut aspexit intus nuptias. Nuptias) Iolem.
HER. *Et quis tantus ueneficus Trachiniorum?*
HYL. *Nessus iampridem Centaurus persuasit ipsi*
Tali amatorio tuum excitare desyderium.
HER. *Heu, heu, infelix abeo miser.*
Perij, perij, lumen non amplius est mihi. Lumen) uita.
Hei mihi, sentio calamitatis ubi constituti sumus.

Abi ò fili: pater enim non amplius est tibi.
Voca omne mihi semen tuorum cognatorum;
Voca autem miseram Alcmenen Iouis
Frustra uxorem; ut ultimam mei
Famam audiatis uaticiniorum, quæ noui ego.
HYL. Sed neq; mater hic, sed maritima
Tiryntho contigit, ut habeat sedem.
Comprehendẽs) secum adductos Filiorum autẽ alios quidẽ comprehẽdens ipsa nutrit:
Alios autem Thebes urbem habitantes discas.
Nos autem, qui adsumus, si quid oportet pater
Facere: audientes ministrabimus.
HER. Tu igitur audi opus. uenisti autem, ubi
Appareas qualis existens uir, meus uoceris.
Mihi enim fuit prædictum ex patre pridem:
A uiuentium nullo moriturum ab:
Sed qui Plutonis corruptus habitator est.
Hac certe fera centaurus, ut diuinum erat
Prædictum) oraculum Prædictum: ita uiuentem me interfecit mortuus.
Ostendam autem ego his conuenientia æqualia
Oracula noua uetustis consona:
Quæ montanorum, & humi cubantium ego
Sellorum) Dodonæorum Sellorum ingressus nemus inscripseram,
A patria & uocali quercu:
Quæ mihi tempore uiuenti & præsenti nunc.
Dixit laborum instantium mihi,
Solutionem perfectum iri; & putabam acturum bene.
Hoc autem erat nihil aliud præterq̃ mori me.
Nam mortuis labor non accedit.
Hæc igitur postq̃ manifesta accidunt fili,
Oportet te rursus fieri huic homini adiutorem,

Et non expectare meum acui os:
Sed ipsum cedentem cooperari, legem
Pulcherrimam inueniētem, obedire patri.
HYL. *Sed ô pater, timeo quidē in sermonis seditionē*
Talem ingressus: parebo autē, in quibus tibi uidebitur.
HER. *Inijce manum dexteram primum mihi.*
HYL. *Vt ad quid fidem hanc nimis conuertis?*
HER. *Non cito feres, neq; non parebis mihi?*
HYL. *Ecce extendo, & nihil contradicetur.*
HER. *Iura Iouis nunc, qui me genuit, caput.*
HYL. *Profecto quid facturum? & hoc dicetur.*
HER. *Profecto mihi dictum opus perficere.*
HYL. *Iuro ego Iouem habens iuratum.*
HER. *Si autem extra uenias: damna uoue capere.*
HYL. *Non capiam. faciam.n.uoueo uerumtamen.*
HER. *Nosti igitur Oetes Iouis altißimum pagum?*
HYL. *Noui, ut sacrificator qdē multū cōstitutus sup*
HER. *Illuc nunc oportet meum tollentem te*
Corpus proprijs manibus, & cum quibus uis amicorū,
Multam quidem syluam profundæ quercus
Tondentem: multum autem marem excidentem simul
Agrestem oleam, corpus meum inijcere,
Et piceæ accipientem lampadis fulgorem
Accendere. luctus autem nulla ingrediatur lachryma.
Sed sine luctu, & illachrymis (siquidem es
Huius uiri) fac: si autem minus; manebo te ego
Et infra existens execrator semper grauis.
HYL. *Heu pater quæ dixisti? quibus me affecisti?*
HER. *Quæ facienda sunt. si autem minus, patris*
Alterius sis alicuius, neq; meus uoceris amplius.

Facturum) quid ut agam? Perficere) ut efficias.

Si autē &c.) sin secus agas

Tollentem) sublatum

Tondentē, excidentem) tonsa, & excisa

Infra) apud manes

HYL. Hei, ualde rursus: quæ me uocas pater
Homicidam fieri, & interfectorem tui?
HER. Non sane ego, sed quorum habeo pœonium,
Et solum medicum meorum malorum.
HYL. Et quomodo succedens corpus sanauerim tuũ?
HER. Sed si times ad hoc, alia fac.
Inuidẽtia) inuidia HYL. Elationis certe inuidentia non fiet.
HER. An & pyræ repletionem dictæ?
HYL. Quantum quidem ipse non attingens manibus:
Sed alia faciam, & non laborauerit mea pars.
HER. Sed sufficient & hæc. tribue autem mihi
Gratiam breuem, ad longas alias dans.
HYL. Si etiam longa ualde est, fiet.
HER. Euryteam nosti ne uirginem?
HYL. Iolen dixisti, ut coniecto ego.
HER. Nosti. tantum igitur tibi mando fili,
Hanc me mortuo (si quidem pie agere
Vis, paternorum iuramentorum memor)
Adde) duc Adde uxorem: neq; non obtemperes patri,
Neq; alius uirorum meis lateribus simul
Inclinatam ipsam pro te accipiat unq̃:
Sed ipse ô fili, hunc curato lectum.
Pare. nam magnis parentem mihi
Paruis non obedire, priorem confundit gratiam.
HYL. Hei mihi. quidem ægrotanti indignari, malũ:
Sed sic uidere sententem, quis nam ferret?
HER. Vt facturus nihil eorum, quæ dico, dicis.
HYL. Quis enim unq̃, q̃ mihi matri quidẽ mori sola
Causa) fuit. f. Causa, tibiq; rursus, ut habes, habere:
Quis hæc, qui non ex furiis ægrotaret,

Eligeret melius & me certe ò pater mori,
Quàm bis inimicißimis cohabitare simul.
HER. *Vir hic ut uidetur non tribuere mihi* Tribuere) aliter tribuit
Morienti partem: sed deorum execratio
Manebit te non obedientem meis uerbis.
HYL. *Hei mihi forte (ut uideris) sicut ægrotas, lo-(queris.*
HER. *Tu enim me ex sopito excitas malo.*
HYL. *Miser ut ad multa dubitare habeo.*
HER. *Non enim iustum putas, parentem audire.*
HYL. *Sed docebor. s. impie agere pater.*
HER. *Non impietas, meum si oblectabis cor.*
HYL. *Facere iußisti igitur me iuste hæc?*
HER. *Ego certe. horum testes uoco deos.*
HYL. *Itaq; faciam, & non repellam tuum*
Dijs ostendens opus. non enim unq̃
Malus apparuerim tibi obediens pater. Obediēs) obtemperatus
HER. *Recte finis: & ad hæc gratiam*
Celerem ò fili adde; ut priusq̃ incidat
Laceratio, uel aliquis furor: in pyram me ponas.
Age laborate, tollite: requies malorum
Hæc finis huius hominis ultima.
HYL. *Sed nihil prohibet tibi perfici hæc?*
Quando iubes, & cogis pater.
HER. *Age nunc, priusq̃ excitetur*
Morbus. ò anima dura, ferri
Lapideum frenum exhi-
bens, seda uocem: quoniam gratum Gratum) propterea quod morbo liberatur: inuitum autē, quia vnusquisq; inuitus moritur.
Prorsus, inuitum opus.
Tollite ministri, magnam quidem mihi
Horum ponentes ueniam:

Magnam autem deorum ingratitudinem,
Scientes operum factorum.
Qui generantes, & uocati
Patres, tales intuentur calamitates.
Quidem igitur futura nullus uidet:
Hæc autem nunc instantia, miserabilia quidem nobis;
Turpia autem illis:
Difficilima autem certe uirorum omnium
Hanc calamitatem sustinenti.

Linquaris) ne abeas CHO. Linquaris neq; tu uirgo à domibus,
Vel Magnas quidem intuita nouas mortes,
HYL. Multa autem damna noua perpessa.
Iuppiter) fecerit. s. Et nihil horum, quod non Iuppiter.

FINIS TRACHINIARVM.

ARGVMENTVM PHI-LOCTETAE.

ABDVCTIO *Philoctetæ ex Lemno ad Troiam à Neoptolemo & Vlysse secundum Heleni uaticinium: qui secundum uaticinium Calchantis, ut sciens oracula iuuantia ad Troiæ captionem, ab Vlysse nocte captus, uinctus ductus fuit ad Græcos. Scena autem in Lemno. sed chorus, ex senibus cum Neoptolemo connauigantibus. iacet & apud Aeschylum fabula. facta fuit, sub Glaucippo. primus fuit Sophocles.*

TRAGOEDIAE PERSONAE

Vlysses,	*Philoctetes,*
Neoptolemus,	*Mercator,*
Chorus,	*Hercules apparens.*

INCIPIT AVTEM VLYSSES.

SOPHOCLIS
PHILOCTETES.

Ittus quidẽ hoc circumfluæ terræ Littus)est.f.
Lemni, mortalibus inacceßibile,
neq; habitatum:
Vbi, ò optimo ex patre Græcorũ
nutrite
Achillis fili Neoptoleme, meliẽſem Melienſe).i.Theſſalum.
Pœantis filium expoſui ego olim,
Iuſſus hoc facere imperantibus ab,
Morbo diffluentem deuoranti pedem:
Quando neq; libationem nobis, neq; ſacrificia
Aderat quietis attingere: ſed agreſtibus Aderat)Licebat, poteramus.
Detinebat ſemper omnem exercitum maledicentijs,
Clamans, ſuſpirans. ſed hæc quidem, quid oportet
Dicere? occaſio.n.non longorum nobis ſermonum:
Ne & diſcat me uenientem, & effundam omne Diſcat)ſentiat
Callidum conſilium, quo illum ſtatim capturum puto.
Sed opus iam tuum reliqua adminiſtrare,
Conſyderareq; ubi eſt hic anceps petra Anceps)biforis
Talis: ubi in frigore quidem ſolis duplex
Adeſt ſedes, in æſtate autem ſomnum
Per utrinq; foratum ſtabulum mittit ſpiritus.
Paulum autem infra ex ſiniſtra cito Cito)aliter, forſã
Videres potum fontanum, ſiquidem eſt, ſaluum.
Quæ mihi accedens tacite ſignifica, ſiue habet Accedẽs)pſectus
Locum ad ipſum hunc, ſiue alibi exiſtit:
Vt reliqua ſermonum tu quidem audias,
Ego autem dicam: communia autem ex utriſq; ſint.

NEO. Rex Vlysses, opus non longe dicis.
Puto enim quale dixisti, antrum uidisse.
VL. Sursum an deorsum? non enim intelligo.
NEO. Hoc desuper, & uestigij nulla forma.
VL. Vide, per somnum ne reclinatus sit.
NEO. Video uacuam habitationem hominibus sine.
VL. Neque intus domifacta, est aliqua educatio?
NEO. Calcatus ex folijs lectus, ut inhabitãti alicui.
VL. Sed alia deserta, & nihil est subtecto?
NEO. Ligneũ poculũ, uulgariter operantis cuiusdã
Artes uiri, & ignita simul hæc.
VL. Illius thesaurum significas hunc?
NEO. Heu, heu: & hæc quidem alia calefiunt
Lacera uestimenta, grauis morbi plena.
VL. Vir habitat hos locos manifeste,
Et est non longe alicubi. quomodo.n. ægrotans uir
Pedem antiquo morbo, iret longe?
Sed uel ad pabuli uiam exiuit,
Vel folium si quod sedans dolorem nouit alicubi.
Præsentem igitur mittito ad speculationem,
Ne & lateat me, occurrens: quia magis
Eligeret me, quàm omnes Argiuos, uenire.
NEO. Sed uaditq;, & seruabitur uestigium:
Tu autem si quid uis, dic secundo sermone.
VL. Achillis fili, oportet te, propter quæ uenisti,
Generosum esse, non solum corpore:
Sed si quid nouum eorum, quæ prius non audisti,
Audieris: administrare, quia administrator aduenisti.
NEO. Quid uero iubes?
VL. Philoctetæ te oportet

Domifacta) domestica.

Ignita) foci

Præsentem) seruũ aliquem. f.

Eligeret) optaret mallet.

Animam ut ſermonibus decipias dicens:
Quando te interrogat; quiſq;, & unde aduenis:
Dicere, Achillis filius (hoc non occultandum) Filius) te eſſe filiũ
Nauigas autem quòd ad domum, relinquens nauticum Relinquens) re
Exercitum Achiuorum, odio infenſus magno: licto.
Qui te in ſupplicationibus accerſentes ex domibus ue-
Solam habentes hanc captionem Troiæ, (nire
Non uoluere Achillea arma
Venienti dare legitime petenti; Venienti) poſteaquam aduenisti
Sed ipſa Vlyßi præbuere: dicens quæcunq;
Velis contra nos extrema extremorum mala:
Horum enim in nullo me offendes. ſi autem facies
Non hæc: moleſtiam omnibus Argiuis iniÿcies.
Si enim huius arcus non capientur:
Non eſt deſtruere tibi Dardani ſolum.
Quòd autẽ eſt mihi quidẽ nõ, tibi autẽ conſuetudo cõſuetudo) ſermo
Erga hunc fidelis & ſtabilis, diſce.
Tu quidem nauigaſti neque iuratus alicui,
Neque ex neceßitate, neque primi exercitus:
Mihi autem horum nihil eſt negabile.
Quare ſi me arcuum potens ſentiet:
Perij, & te interficiam uerſans.
Sed ipſum hoc opportet ſapienter fieri: furator
Vt fias inuincibilium armorum.
Noui & natura te non natum
Talia loqui, neque machinari mala:
Sed (iucundum.n.poſſeßionem uictoriæ accipere)
Aude. iuſti autem rurſus apparebimus:
Nunc autem in impudentem diei partem breuem Impudentem).i. pbeas te mihi per breue tpis. ſpatiũ impudentem, & fallacem.
Da mihi teipſum: deinde reliquum tempus,

Vocator omnium religiosissimus mortalium.
NEO. *Ego quidem, quos sermonum doleo audiens,*
Laertæ fili, hos etiam facere odi.
Natus sum enim nihil ex arte facere mala.
Generãs) genitor meus — *Neq; ipse, neq; (ut dicunt) generans me.*
Sed sum paratus per uim hominem ducere,
Et non dolis. non enim ex uno pede
Nos tantos per uim subiugabit.
Missus certe tibi collaborator, timeo
Proditor uocari. uolo autem rex bene
Faciens peccare magis, q̃ uincere male.
VLY. *Boni patris fili, & ipse existens iuuenis olim*
Linguã quidẽ segnẽ, manũ autẽ habebam operatricem:
Nunc autem ad indicium egressus uideo mortalibus
Linguam, non opera, omnia ducentem.
NEO. *Quid igitur me iussisti aliud, præterq̃ falsa di.*
VLY. *Dico te ego dolo Philoctetam capere. (cere?*
NEO. *Quid aũt in dolo oportet magis, q̃ suadẽtẽ du*
VLY. *Nõ psuadebitur: p ui aũt nõ acceperis. (cere?*
NEO. *Sic habet aliquã grauẽ fortitudinis cõfidẽtiã?*
VLY. *Sagittas ineuitabiles, & adducentes cædem.*
NEO. *Non utiq; illi neq; commisceri confidentia?*
Capientem) capto — VLY. *Non, non dolo capinetem ut ego dico.*
NEO. *Non turpe putas uero falsa dicere?*
Saluari) salutem — VLY. *Non, si saluari mendacium fert.*
NEO. *Quõ igitur aspiciens quis hæc audebit loqui?*
VLY. *Quando quid facis ad lucrũ, nõ timere decet.*
NEO. *Lucrũ aũt mihi quodnã, hũc ad Troiã uenire?*
Arcus) sagittæ — VLY. *Capiunt arcus hæ Troiam soli.*
NEO. *Nonne destructurus (ut dicebatis) sum ego?*

V L Y. Neq; tu illis sine, neq; illi, te. — Te)sine.f.
N E O. Venanda sint, si quidem sic habet. — Venanda (digni sunt arcus, seu sagittæ, ut a nobis abripiantur;
V L Y. Sic hoc faciens duo feres dona.
N E O. Quæ? discens.n.non negauerim facere.
V L Y. Sapiensq; ipse, & bonus uocaberis simul.
N E O. Eat. faciam, omnem pudorem omittens. — Eat)esto. Omittens)omisso deposito.
V L Y. An meministi igitur, quæ tibi præcepi?
N E O. Perspicue scias: q̃nquidē in semel collaudaui.
V L Y. Tu quidem manens nunc illum hic expecta:
Ego autem abibo, ne conspiciar præsens:
Et speculatorem ad nauem mittam rursus:
Et huc, si mihi temporis uidebimini amplius
Morari; rursus emittam iterum
Hunc ipsum hominem Naucleri moribus — Moribus)habitu.
Formam dolo aßimulans, ut ignorantia adueniat:
Cuius sane fili uarie loquentis
Accipe utilia semper sermonum:
Ego autem ad nauem eo, tibi dimittens hæc.
Mercurius autem mittens, dolosus, dux sit nobis;
Vincatq; Minerua patrona ciuitatis, quæ saluat me sp
C H O. Quid oportet, qd oportet dn̄e, me ĩ hospita ho
Occultare, uel qd dicere erga hominē suspectũ? (spitē
Dic mihi. Ars enim
Arte altera excellit, »
Et mens apud quemcunq; diuinum »
Iouis sceptrum imperat. »
Ad te ô fili, hoc uenit »
Omne imperium ogygium. hoc mihi dic, — Ogygiũ)antiquũ, ex ꝓgenitoribus.
Quid tibi opus ministrare.
Nunc quidem(forte.n.locum in ultimis

Quem) quo loco. *Intueri uis, quem iacet)*
Inspice confidens. quando autem uenerit
Grauis uiator his ex atrijs,
Ad meam semper manum procedens,
Tenta præsens seruare.
Curæ existentem pridem curam mihi dicis rex, tuum
Seruare oculum, ad tuum maxime tempus.
Nunc autem mihi dic stabula,
Insidiator) insessor. *Quænam insidiator habitat,*
Et locum quem habet: nam mihi
Discere, non importunum: extra tempus
Ne me lateat occurrens alicunde:
Quis locus, uel quæ sedes: quod habet uestigium:
Intus, an foris.
Circum ianuam) biforem NEO. *Domum quidem uides hanc circum ianuam*
Saxei cubilis.
CHO. *Vbi nam miser hic abest?*
NEO. *Manifestum mihi, quòd pabuli indigentia*
Viam uadit hanc prope alicubi.
Hanc enim habere uictus ipsum
Fama est naturam, feras sagittantem
Alatis sagittis, odiosum odiose;
Neque aliquam sibi ipsi
Medicationem) pæonem, medicũ *Medicationem malorum distribuere.*
CHO. *Miseror illum ego certe: quomodo*
Non aliquo curante mortalium,
Neque simul nutritum oculum habens,
Infelix solus semper,
Aegrotat quidem morbo agresti.
Mœret autem in omni illo

Indigentiæ stanti, quomodonam, quomodo
Infelix resistit?
O machinationes mortalium,
O infelix stirps mortalium:
Quibus non moderata uita.
Hic progenitorum forte
Domorum nullo indigens,
Omnium expers in uita,
Iacet solus ab alijs,
Varijs uel hirsutis cum
Feris; inq; doloribus simul,
Fameq; miserabilis, immedicabiles cu-
Ras habens. gra-
Vis autem loquax
Echo longe apparens amaro
Luctu subiacet.
NEO. Nihil horum admirabile mihi.
Diuinæ enim (siquidem & ego quid sapio)
Et paßiones illæ ad ipsum
Crudelis Chryses uenere.
Et nunc quæ laborat absq; curatoribus:
Non est, quomodo non deorum alicuius meditatione,
Huius non prius hunc ad Troiam
Intendere deorum insuperabiles sagittas:
Priusq̃ illud adueniat tempus, quo dicitur
Oportere illam ab his domari.
CHO. Ominata habeo ô fili.
NEO. Quid hoc?
CHO. apparuit sonitus
Hominis simul nutritus ut laborantis.

Progenitorum) nobilium.
Indigẽs) inferior, posterior, secũdus

Chryses) a Chryse nympha a Philoctete despecta.

Intendere) afferret, ut afferentur.

Simul nutritus) consuetus

NEO. *An ne hic, an illic locorum?*
CHO. *Percutit, percutit me paratus sonus*
Viæ per necessitatem
Venientis: neq; me latet
Grauis de longe uox
Laboriosa. manifesta enim dicit.
Sed habe fili.
NEO. *Dic quid.*
CHO. *Curas nouas.*
Quia non extra sedem, sed in loco uir,
Non cantum fistulæ habens
Vt pastor agrestium boum; sed uel
Alicubi offenderis à necessitate
Clamat longe sonantem clamorem;
Vel nauis inhospitalem respi=
Ciens portum: proclamat enim quid graue.
Heu) ἰού PHI. *Heu hospites*
Quinam ad terram hanc nautico remo
Detinuistis) appulistis. *Detinuistis neq; boni portus, neq; habitatam?*
Cuius patriæ uos uel generis nam
Fuerim dicens? habitus quidem enim graciæ
Vestis existit dilectissimæ mihi:
Vocem autem audire uolo, & ne me timore
Obstupescite) exhorreatis. *Timentes obstupescite agrestem factum:*
Sed miserantes hominem infelicem solum
Desertum sic, & amicis orbum uocatum,
Loquimini, siquidem ut amici aduenistis:
Sed respondete non enim æquum neq; me
A uobis errare in hoc, neq; uos à me.
NEO. *Sed ò hospes, scias hoc primum, quòd*

Græci sumus.hoc enim uis discere.
PHI. O *dilectißima uox.heu hanc etiam accipere*
Locutionem talis hominis in tempore longo.
Quis te ô fili,appulit? quæ adduxit
Neceßitas? quis impetus? quis uentorũ dilectißimus?
Dic mihi omne hoc,ut sciam quisnam es.
NEO. *Ego genere quidem sum circumfluæ*
Scyri: nauigo autem ad domum: uocor autem filius
Achillis Neoptolemus.nosti iam omne.
PHI. O *dilectißimi fili patris,ô dilectæ terræ,*
O senis educatio Lycomedis,quanam
Classe appulisti ad hanc terram? unde nauigans?
NEO. *Ex Ilio profecto nunc nauigo.*
PHI. *Quomodo dixisti? nonne tu fuisti nauta*
Nobis initio illius ad Ilium exercitus?
NEO. *An participasti etiam tu huius laboris?*
PHI. *O fili,nonne nosti me,quem intueris?*
NEO. *Quomodonam noui,quem uidi nunq̃?*
PHI. *Neq; nomen,neq; meorum malorum famam*
Sensisti unq̃ ullam: quibus ego perieram?
NEO. *Vt nihil scientẽ scias me eorũ, quæ interogas.*
PHI. O *multum ego laboriosus,ô amarus diis:* Laboriosus) O me laboriosum.
Cuius neq; fama sic habentis domum,
Neq; græciæ terræ aliquò peruenit.
Sed illi quidem eijcientes illegitime me Eijcientes) eiecti.
Rident silentio habentes.sed meus morbus
Semper floruit,& ad maius uadit.
O fili,ô fili patre ex Achille,
Ille sum ego tibi ille,quem audis forte
Herculeorum existentem dominum armorum.

Ille Pœantis filius Philoctetes: quem
Gemini Imperatores, & Cephallenorum Rex
Proiecere turpiter sic desertum, agresti
Morbo pereuntem, huius homines corrumpentis
Percussum uiperæ agresti morsu.
Cum qua me illi fili, proponentes hic
Abiere desertum. quando ex marina
Chryse appulere huc nautica classe:
Tunc libentes, me ut uiderunt ex multo labore
Dormientem, in littore in alta petra
Linquentes abiere: quales homini infelici
Laceras uestes proponentes breues, & pabuli
Auxilium paruum: quæ ipsis contingant.
Tu fili, qua me experrectione putas
Ipsis abeuntibus ex somno surrexisse tunc?
Quæ lacrymatum esse? quæ luxisse mala,
Videntem quidem naues, quas habens nauigabam,
Omnes abeūtes? hominem autem nullū indigenam?
Non qui adiuuaret, neq; qui morbo
Laboranti opem ferret? omnia autem consyderans
Reperi nihil, præter tristari præsens.
Huius autem multam facilitatem ô fili,
Tempus quidem per tempus succedebat mihi.
Et oportebat quid paruo hoc sub tecto solum
Administrare: uentri quidem utilia
Arcus hic inuenit, supra uolantes
Iaculans columbas: ad autem hoc, quod mihi inijceret
Neruis tractus fusus: ipse miser
Abibam, infelix, trahens pedem
Ad hoc utiq;. siq; oportebat quid, & potum accipere

Proponentes) ex posito, relicto

Labore) iactatio ne, salo,

Linquentes) relicto

Proponētes) propositis

Abeuntibus) digressis

Succedebat) suppeditabat.

Tractus fusus) a neruo emissa sagitta.

Et alicubi glacie fusa ut hyeme
Lignum aliquod frangere: hæc exiens miser
Faciebam. deinde ignis non aderat:
Sed in petris petram terens, uix
Apparebat occulta lux: quæ & seruat me semper.
Habitatum enim certe tectum igne cum
Omnia præbet, præter non ægrotare me.
Age ô fili nunc, & quod huius insulæ, discas.
Huic appropinquat nauta nullus uoluntarius.
Non. n. aliquis portus est, neq; ubi nauigans
Negotietur lucrum, uel hospitetur.
Non hic nauigationes sapientibus mortalium.
Forte igitur quis inuitus tenuit. multa. n. hæc
In longo fierent hominum tempore.
Hi me quando uenerint ô fili, uerbis
Miserantur quidem, & aliquam etiam cibi partem
Præbuere miserantes, uel aliquam uestem.
Illud autem nullus, quum meminerim, uult
Saluare me ad domos: sed pereo miser
Annum hunc iam decimum, in fameq;, &
Malis pasceus uoracem morbum.
Talia Atridæ mihi, & Vlyßis uis
O fili fecere: quibus cælestes dei
Dent tandem ipsis æqua mihi pati.
C H O. *Videor & ego peruenientibus æqua*
Hospitibus, commiserari te Pœantis fili.
N E O. *Ego autem & ipse his testis in sermonibus,*
Quòd sunt ueri: noui assecutus malos
Homines Atridas, & Vlyßis uim.
P H I L. *Nunquid aliquod etiam tu perniciosis habes*

Apparebat &c.) aliter, eliciebam, vel excudi occultam in silicis venis scintillam.
Insulæ) est. s. idest statum, et naturã.

Meminerim) in memoriã illis reuoco.

Aequa) æque, nõ minus q̃ peregrini illi.

Crimen Atridis ut irascaris passus?
N E O. *Ira fiat manum implere aliquando,*
Vt Mycenæ cognoscant, Sparteq́;: quòd
Et Scyrus hominum fortium mater nata est.
P H I. Bene ò *fili, cuiusnam sic magnam*
Iram contra ipsos criminans aduenisti?
N E O. O *fili* Pœantis *dicam. uix autem dicam*
Veniens) Troiã profectus. *Quibus ego ab ipsis contumelijs affectus sum ueniens.*
Postq̃ enim habuit fatum Achillem *mori.*
P H I. *Hei mihi. dicas mihi non ultra, priusq̃ ediscã*
Primum hoc, an mortuus sit Pelei filius.
N E O. *Mortuus est homine nullo, deo autem ab,*
Vulneratus, ut dicunt, à Phœbo domitus.
P H I. *Sed generosus quidem interficiẽsq; et mortuus.*
Dubito autem, utrum ò fili tuam
Paßionem interrogem primum, an illum lugeam.
N E O. *Puto quidem sufficere tibi & tuos ò miser*
Dolores, ut non propinquorum lugeas.
P H I. *Recte dixisti. itaq; tuam dicito*
Rursus iterum mihi rem, qua te contumelia affecerũt.
N E O. *Venerunt me naui multiexercitus cum*
Diuusq; Vlysses, & nutritor mei patris;
Frustra) falso *Dicentes siue uerum, siue certe frustra:*
Quòd non fas esset, postq̃ mortuus erat
Pater meus: Pergama alium, q̃ me capere.
Hæc ò hospes sic dicentes, non multo
Tempore me paßi sunt, non me nauigare cito.
Maxime quidem mortui desyderio;
Vt uiderem: insepultum non enim uideram:
Deinde quidem & ratio honesta inerat,

Si ad Troiam Pergama caperem profectus.
Erat autem dies iam secundus nauiganti mihi:
Et ego amarum Sigeum secunda nauigatione
Deductus fui: & me statim in circulo exercitus
Egressum totus salutabat, iurantes inspicere,
Illum non amplius existentem, uiuẽtem Achillẽ rursus.
Ille quidem igitur iacebat: ego autem inf-rtunatus,
Postq̃ lachrymatus fui illum non longo tempore;
Profectus Atridas ad amicos, ut par erat:
Et arma repetij patris, & alia, quæcunq; erant.
Illi autem dixere (hei mihi) infelicißimum sermonem.
O fili Achillis, alia quidem licet tibi
Patria accipere: sed armorum illorum uir
Alius potitur nunc, Laertis filius.
Et ego lacrhymatus statim surgo
Ira graui, & dolens dico.
O impie, an ausi estis pro me alicui
Dare arma illa, ante discere à me?
Sed dixit Vlysses (prope enim existens erat)
Næ fili, dederunt iuste isti hæc.
Ego enim ipsa seruaui, & illum præsens.
Et ego iratus statim maledicebam malis
Omnibus, nihil indigens faciens:
Si mea ille arma auferret à me.
Ille uero illic sedens, & quãuis non iracundus existẽs:
Morsus, ad quæ exaudiuit, sic respondit.
Non fuisti ubi nos, sed abfuisti ubi non te oportebat.
Et hæc postq̃ & dicis confidens,
Nunq̃ ad Scyrum adnauigaueris habens.
Talia audiens, & uituperatus mala,

Ad Troiam) quæ in Troica regione erant sita.

Impie) al's, impij improbi.

Indigens) minus, q̃ si &c.

Audiens) cum audissem.

Nauigo ad domos meis priuatus
A peßimo, & ex malis Vlysse.
Illos) Atridas Et non accuso illum, ut illos in magistratu.
Vrbs enim est tota regentium
Exercitusq; omnis: sed intemperantes mortalium
Magistrorum uerbis fiunt mali.
Sermo dictus est omnis: sed Atridas qui odit,
Mihiq; similiter, & dijs fuerit amicus.
CHO. Montana omnia pascens terra
Mater ipsius Iouis,
Pascis) aliter, habitas Quæ magnum Pactolum aureum pascis:
Te & illic mater
Veneranda allocutus sum,
Quando ad hunc Atridarum
Contumelia tota ueniebat:
Quando patria ar=
Ma tradiderunt.
Io beata tauros=
Occidentium leonum præ=
Ses, filio Laertis
Reuerentia suprema.
PHIL. Habentes, ut uidetur, symbolum manifestum
Molestiæ, ad nos ò hospites nauigauistis:
Et mihi loquimini, ut cognoscam, quòd
Hæc ex Atridis opera, & ex Vlysse.
Noui.n.illum omnem utiq; sermonem malum
Lingua acuentem, & astutiam: à qua
Debet &c.) facturus est. Nihil iustum ad finem debet facere.
Sed) mirũ est.s. Sed non hoc mirum mihi quidem: sed, si præsens
Aiax maior, hæc uidens tolerauit.

NEO.

NEO. Non erat amplius ò hospes.non.n.unq̃
Viuente quidem illo,his spoliatus fuissem ego.
PHIL. Quō dixisti?sed etiam hic abit mortuus?
NEO. Vt nō amplius existerem illum in luce cogita.
PHIL. Hei miser, sed non Tydei filius
Neq; uenditus Sisyphi Laertij,
Non moriantur?hos.n.non uiuere oportebat.
NEO. Non sanè, scias hoc: sed etiam ualde
Florentes sunt nunc in Argiuorum exercitu.
PHIL. Quid uero,qui antiquus & bonus amicusq;
Nestor Pylius est?hic enim certe (meus:
Illorum mala dixit consulens sapienter.
NEO. Ille certe agit nunc male.quoniam mortuus
Antilochus ipsi uanus: qui quidem erat filius.
PHIL. Hei mihi,duo sic grauia dixisti;quos ego
Minime uoluissem mortuos audire.
Heu,heu,quid uero oportet considerare; qñ hi quidem
Mortui sunt: Vlysses autem est rursus etiam hic,ubi
Oportebat pro his ipsum dici mortuum?
NEO. Sapiens luctator ille. sed & sapientes
Sententiæ Philocteta impediuntur frequenter.
PHIL. Age dic per deos,ubi nam erat illic tibi
Patroclus: qui tibi patris erat charissima?
NEO. Et hic mortuus erat, sermone autem te breui
Hoc edocebo.bellum nullum hominem uoluntarium
Capit improbum, sed bonos semper.
PHIL. Contestificor tibi. & secundum ipsum hoc,
Indigni quidem hominis dicam,
Lingua autem grauis & sapientis,quid nunc est?
NEO. Cuius nam huius,præterq̃ Vlyßis dicis?

Venditus) aliter, emptus.lege interpretem.
Moriātur) aliter, perierunt
Vanus) euanidus, nullus est, obiit.
Dicam)interrogabo de hoīe &c.

Vbi)aliter, quod vllo pacto .i.qui, quæ ne semel qui dem quisq̃ audire volebat, ea sæpius dicebat.

PHIL. Non hunc dixi: sed Therſites quidam erat,
Qui non elegiſſet in ſemel dicere, ubi
Nullus permitteret. hunc noſti an uiuens ſit.
NEO. Non uidi ipſum, ſenſi autẽ adhuc exiſtẽtẽ illũ.

Malũ)mali(vt dici folet)nunq̃ pereunt.

PHI. Debebat: quando neq; dum malum perijt.
Sed bene ornant ipſa dæmones,
Et quodammodo quidem ſcelerata & pridem trita

Inuertẽtes)reuocãtes, remittentes.

Gaudent inuertentes ex inferno: ſed
Iuſta & bona dimittunt ſemper.
Vbi oportet ponere hæc? ubi autem laudare, quando
Diuina laudans, deos inuenero malos?

Oetei)Trachinij, aut Melienſis, ab Oeta monte.

NEO. Ego quidem ò fili Octæi patris,
Deinceps iam longe & Ilium
Et Atridas aſpiciens, ſeruabor.
Vbi & peior bono maius poteſt:
Et pereunt, bona, & potens ſuperat.
Hos ego homines non amabo unq̃.
Sed ſaxoſa Scyrus ſufficiens mihi
Erit in poſterum, ut delecter domo.
Nunc autem eo ad nauem. & tu Pœantis fili,

Gaude)vale

Gaude q̃maxime, gaude: & te dij
Morbo liberent, ut ipſe uis:
Nos autem eamus; ut, quando deus
Nauigationem nobis conceſſerit, tunc nauigemus.
PHIL. Iam fili, abitus?
NEO. Tempus enim uocat

Speculari) expectare.

Nauigationẽ, nõ ex ſpecula magis, q̃ cõminus, ſpeculari
PHIL. Per nunc te patrem, perq; matrem ò fili,
Perq; ſiqnid tibi per domum eſt gratum:
Supplex oro, ne linquas me ſic ſolum

Desertum in malis his, quibus uides;
Quantisq; exaudisti inhabitantem me:
Sed in superfluo pone me. difficultas quidem — Superfluo) in quo uis vili nauis loco, dũmodo me tecum ducas.
(Noui) multa huius gestationis:
Veruntamen tolera. generosis certe,
Et turpe inimicum, & bonum, gloriosum:
Tibi autem relinquenti hoc opprobrium non pulchrũ: — Relinquẽti) si me reliqueris.
Facienti autem ò fili, plurimum bonæ famæ præmium, — Facienti) si feceris
Si ueniam ego uiuens ad Oetæam terram.
Abi, diei labor non integri unius: — Labor) iter erit. &c.
Aude, inijce me quò uis ducens,
In sentinam, in proram, in puppim: ubi
Minime futurus sum conuersantes molestare. — Molestare) molestus futurus.
Annue per ipsum Iouem supplicatorium fili.
Cede: supplico tibi genibus, & q̃uis existens
Impotens, miser, claudus. sed ne me dimittas
Desertum sic, sine hominum uestigio:
Sed uel ad domum tuam salua me ducens,
Vel ad æreæ Eubææ stabula.
Et illinc non mihi multa ad Oetam nauigatio,
Trachiniamq; rupem, & bene fluentem
Sperchium erit: patri me ut ostendas amico,
Quem pridem ex quo timui ego — Pridem(iampridem est cum &c.
Ne mihi abijsset. multa enim uenientibus
Mandabam: ipsum, supplices mittens preces,
Propriam nauigationem mittentẽ me seruare domibus. — Mittẽtem) missis certis hominibus
Sed uel mortuus est, uel res ministrorum,
(Vt par puto) meam in paruo partem
Facientes domum festinare faciebant classem.
Nunc autem (ad te enim ducemq; & ipsum nuntium

Venio) tu salua, tu me miserare intuens:
» *Quia omnia grauia & periculosa mortalibus*
» *Iacent pati quidem bene, pati autem altera.*
» *Oportet autē extra existentē damna, grauia inspicere:*
» *Et quando quis bene uiuit, tunc uitam*
» *Consyderare maxime, ne corruptus lateat.*
CHO. *Miserare rex. multorum di=*
Xit intolerabilium laborum
Certamina, quæ nullus meorum consequatur amicorū.
Si autem amaros rex
Odisti Atridas:
Ego quidem illorum
Malum, huic lucrum
